§. 28. Es evidente que las cosas incorporales no son susceptibles de tradicion.

§. 29. Las servidumbres de los predios urbanos solo admiten la cesion judicial, en tanto que las de los predios rústicos pueden tambien ser mancipadas.

§. 30. El usufruto solo admite la cesion judicial. En efecto, el dueño de una propiedad puede ceder judicialmente y hacer que otro adquiera solo el usufruto, reteniendo él la *nuda* propiedad. El mismo usufructuario puede desprenderse del usufruto y hacer que se consolide con la propiedad, cediéndolo judicialmente al dueño de esta; mas si lo cede á otra persona retiene no obstante su derecho, pues semejante cesion se considera como no hecha.

§. 31. Estas disposiciones se aplican siempre, cuando se trata de predios situados en Italia, los cuales son susceptibles de mancipacion y de cesion judicial. Mas cuando los predios existen en las provincias, y se quiere establecer un derecho de pasage, de conduccion, de acueducto, una servidumbre *altius tollendi* ó *non tollendi* á fin de no quitar las luces al vecino, ú otros derechos semejantes; debe todo esto hacerse por pactos ó estipulaciones, porque estos predios no son susceptibles de mancipacion ni de cesion judicial.

§. 32. Pero si se quiere constituir un usufruto sobre hombres ó animales, puede establecerse por medio de la cesion judicial aunque sea en las provincias.

§. 33. Y porque al mancipar la nuda propiedad pueda quedar separado de ella el usufruto, pareciendo que este queda entonces constituido por mancipacion, no se crea aventurado nuestro principio de que el usufruto solo admite la cesion judicial; pues aun en este caso no se mancipa el usufruto, sino que á consecuencia de la mancipacion de la nuda propiedad se desase de ella, y de aquí resulta que una persona tenga el usufruto y otra la propiedad de la misma cosa.

§. 34. Tampoco la herencia admite mas que la cesion judicial.

§. 35. Por eso si el heredero legítimo de una sucesion abintestato la cede judicialmente antes de adirla, es decir, antes de ser considerado tal heredero, pasa á serlo aquel á quien la hubiere cedido, como si este mismo fuese el llamado por la ley á

esset: post *adi*tionem uero si ce*sse*rit, nihilominus ipse heres permanet, et ob id creditoribus tenebitur, debita uero pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt; corpora uero eius hereditatis perinde transeunt ad eum, cui cessa est hereditas, ac si ei singula in iure cessa fuissent. §. 36 Testamento autem scriptus heres ante aditam quidem hereditatem in iure cedendo eam alii nihil agit; postea uero quam adierit si cedat, ea accidunt, quae proxime diximus de eo, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, si post *adi*tionem (*in*) iure cedat. §. 37. Idem et de necessariis heredibus diuersae scholae auctores existimant, quod nihil uidetur interesse, utrum (*quis*) adeundo hereditatem fiat heres, an inuitus existat; quod quale sit, suo loco apparebit. sed nostri praeceptores putant, nihil agere necessarium heredem, cum in iure cedat hereditatem. §. 38. Obligationes quoquo modo contractae nihil eorum recipiunt. nam quod mihi ab aliquo debetur, id si uelim tibi deberi, nullo eorum modo, quibus res corporales ad alium transferuntur, id efficere possum, sed opus est, ut iubente me tu ab eo stipuleris: quae res efficit, ut a me liberetur, et incipiat tibi teneri; quae dicitur nouatio obligationis. §. 39. Sine hac uero nouatione non poteris tuo nomine agere, sed debes ex persona mea, quasi cognitor, aut procurator meus, experiri.

§. 40. Sequitur, ut admoneabus, aput peregrinos quidem unum esse dominium, ita ut dominus quisque *sit*, aut dominus non intellegatur. Quo iure etiam populus Romanus olim utebatur: aut enim ex iure Quiritium unusquisque dominus erat, aut non inteliegebatur dominus. set postea diuisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex iure Quiritium dominus, alius in bonis habere. §. 41. Nam si tibi rem mancipi neque mancipauero, neque in iure cessero, set tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res efficietur, ex iure Quiritium uero mea permanebit, donec tu eam possidendo usucapias: semel enim impleta usucapione, proinde pleno iure incipit, id est, et in bonis, et ex iure Quiritium tua res esse, ac si ea (*tibi*) mancipata, uel in iure cessa (*esset*). §. 42. Mobilium quidem rerum anno

§. 36. Conf. infra Commentar. III. §. 86. item Vlpianus, Fragm. cit. §. §. 13. 14. *quae proxime diximus.* Vid. §. 35.

§. 37. Conf. infra Commentar. III. §. 87. *quod quale sit, suo loco apparebit.* Vid. infra §. 153. sq.

§. 38. *sed opus est* etc. Conf. infra Commentar. III. §. 176.

§. 40. *Quo jure* etc. Conf. supra Commentar. I. §. §. 54. 55. 167. infra huj. Commentar. §. 88. et Commentar. III. §. 166. item Theophilus, I, 5, §. 4.

§. 41. Conf. huj. Commentar. §. §. 26. 204. Commentar. III. §. 80. item Boethius, loc. ad §. 26. allegat. et Vlpianus, Fragm. I, §. 16.

§. 42. Conf. Vlpianus, Fragm. XIX, §. 8. Cicero, Topic. cap. 4. pro Caecina cap. 19. item infra §. §. 204. 44. et 54.

la herencia; pero si la cediere despues de haberla adido, continúa siendo heredero y por lo tanto obligado para con los acreedores; bien es verdad que en este caso las deudas se consideran extinguidas con ventaja y ganancia de los deudores hereditarios; y en cuanto á las cosas corporales de la herencia, pasan al cesionario como si cada una en particular le hubiese sido cedida judicialmente.

§. 36. La cesion judicial hecha por el heredero testamentario antes de adir la herencia no produce efecto; pero si la cede despues de la adicion, tiene lugar cuanto se ha dicho en el caso de que el heredero legítimo de una sucesion abintestato la ceda judicialmente, despues de haberla adido.

§. 37. Los autores de la escuela contraria creen que esto mismo debe observarse tambien respecto de los herederos necesarios, por cuanto parece que nada importa el que uno llegue á ser heredero por adir voluntariamente la herencia, ó que lo sea mal de su grado. En su lugar veremos lo que hay sobre esto, bastando decir por ahora que nuestros maestros consideran nula la cesion judicial de la herencia hecha por el heredero necesario.

§. 38. Nada de lo establecido tiene lugar respecto de las obligaciones, cualquiera que sea la manera con que se hayan contraido; porque si yo, por ejemplo, quiero hacerte acreedor de lo que otro me debe, no puedo conseguirlo por ninguno de los medios de transferir la propiedad de las cosas corporales: sino es preciso que con mi consentimiento lo estipules así de mi deudor, el cual quedará libre de esta suerte con respecto á mí, y obligado para contigo. Esto es lo que se llama renovacion de la obligacion (*novatio obligationis.*)

§. 39. Sin esta renovacion no puedes actuar en tu propio nombre, pero sí debes hacerlo en el mio á título de mi procurador ó agente.

§. 40. Ahora debemos observar que los extranjeros solo tienen una especie de dominio, y así ó son dueños ó no de una cosa. Lo mismo sucedia antiguamente entre los romanos, y por tanto el propietario, ó lo era por derecho quiritario, ó no se le tenia por tal; pero posteriormente se estableció la division del dominio, de manera que unos pueden ser dueños por el derecho quiritario y otros por el bonitario.

§. 41. Por ejemplo, si yo te entrego simplemente una cosa *mancipi* sin mancipártela ni cedértela judicialmente, esta cosa tendra entrada en tus bienes, pero me seguirá perteneciendo por dominio quiritario hasta que poseyéndola llegues á adquirirla por usucapion, pues luego que la usucapas comenzará á pertenecerte de pleno derecho, es decir, por el quiritario y bonitario, no de otra manera que si te hubiese sido mancipada ó cedida judicialmente.

§. 42. Efectúase la usucapion de las cosas muebles en un año,

completur (*usucapio*), fundi vero et aedium biennio: et ita lege XII tabularum cautum est.

§. 43. Ceterum ętiam earum rerum usucapio nobis competit, quae non a domino nobis traditae fuerint, siue mancipi sint eae res, siue nec mancipi, si modo eas bona fide acceperimus, cum crederemus eum, qui tradiderit, dominum esse. §. 44. Quod ideo receptum uidetur, ne rerum dominia diutius in incerto essent: cum sufficeret domino ad inquirendam rem suam anni, aut biennii spatium, quod tempus ad usucapionem possessori tributum est.

§. 45. Set aliquando etiamsi maxime quis bona fide alienam rem possideat, numquam tamen illi usucapio procedit: uelut si quis rem furtiuam aut ui possessam possideat; nam furtiuam lex XII tabularum usucapi prohibet, ui possessam lex Iulia et Plautia. §. 46. Item prouincialia praedia usucapionem (*non*) recipiunt. §. 47 (*Item*) mulieris, quae in agnatorum tutela erat, res mancipi usucapi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore (*auctore*) traditae essent: id ita lege XII tabularum cau(*tum erat*). §. 48. Item liberos homines et res sacras et religiosas usucapi non posse manifestum est. §. 49. Quod ergo uulgo dicitur, furtiuarum rerum et ui possessarum usucapionem per legem XII tabularum prohibitam esse, non eo pertinet, ut (*ne ipse*) fur, *quiui per* uim *possidet*, usucapere possit, nam huic alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possidet; sed nec ullus alius, quamquam ab eo bona fide emerit, usucapiendi ius habeat. §. 50. Vnde in rebus mobilibus non facile p*rocedit, *ut bonae fidei possessori usucapio com*petat: quia qui alienam rem uendidit et tradidit, furtum committit; idemque accidit, etiam si ex alia causa tradatur. Set tamen hoc aliquando aliter se habet. nam si heres rem defuncto commodatam,

§. 43. Conf. pr. I. de usucap. *siue mancipi — siue nec mancipi.* Conf. Vlpianus, Fragm. XIX, §. 8.

§. 44. Conf. cit. pr. I. de usucap. L. un. C. de usucap. transform. (Iustinian.) L. 1. de usurpat. (ex Nostri Commentar. ad Edict. prov.) item supra §. 42. et quos ibi allegavi Ciceronis et Vlpiani loci, nec non infra §. §. 54. et 204.

§. 45. *Set — — procedit.* §. 1. I. de usucap. *uelut — — — Plautia.* Conf. §. 2. eod.

§. 46. Conf. cit. L. un. C. de usucap. transform. et cit. pr. I. de usucap. item supra §. 7.

§. 47. Conf. supra Commentar. I. §. 192. et infra huj. Commentar. §. 80. item Cicero, ad Atticum, Lib. I. epist. 5. et pro Flacco, cap. 34. Conf. Fragm. Vatic. §. §. 1. 259.

§. 48. Conf. §. 1. I. de usucap.

§. 49. §. 3. I. de usucap.

§. 50. §. §. 3—6. I. de usucap. *Set — — — credens, uendiderit aut donauerit.* Conf. L. 36. de usurpat. (ex Nostri Reb. cottid.) *furtum non committit: furtum enim sine affectu furandi non committitur.* L. 37. pr. eod. inscripta: Gajus Libro II. Institutionum. Conf. infra Commentar. III. §. 208.

pero la de los predios rústicos y urbanos necesita dos: así lo dispone la ley de las Doce Tablas.

§. 43. Tambien usucapimos, sean ó no *mancipi*, aquellas cosas que se nos entreguen por cualquiera otra persona que no sea el dueño, con tal que las hayamos recibido de buena fé y en la persuasion de ser su verdadero dueño el que nos las entregara.

§. 44. Esta disposicion parece adoptada con el fin de que no permaneciese por mucho tiempo incierto el dominio de las cosas, bastando por otra parte al dueño para procurar lo suyo el espacio de un año ó dos exigido para la usucapion.

§. 45. Acontece sin embargo que el poseedor de una cosa agena, aunque lo sea de buena fé, no pueda usucapirla: por ejemplo, aquel que posee una cosa hurtada ú obtenida por fuerza; pues la ley de las Doce Tablas prohibe la usucapion de la primera y las leyes Julia y Plaucia la de la segunda.

§. 46. Tampoco admiten la usucapion los predios de las provincias.

§. 47. Asimismo no podian usucapirse las cosas *mancipi* pertenecientes á la mujer sujeta á la tutela de sus agnados, á menos que ella no las hubiese entregado con la antorizacion de su tutor; disposicion tambien contenida en la ley de las Doce Tablas.

§. 48. Es incontestable que tampoco es permitida la usucapion de los hombres libres, ni de las cosas sagradas ni religiosas.

§. 49. Cuando ordinariamente se dice que por la ley de las Doce Tablas está prohibida la usucapion de las cosas hurtadas ú obtenidas por fuerza, esta prohibicion no se entiende solamente respecto del que las ha hurtado ú obtenido violentamente, pues ya existe otra razon para que este no pueda usucapirlas, cual es la posesion de mala fé, sino tambien respecto de cualquiera otra persona aun cuando de buena fé las haya comprado al raptor.

§. 50. De modo que difícilmente se efectua la usucapion de las cosas muebles, por cuanto el que vende y entrega la cosa agena, por lo regular comete hurto; y lo mismo sucede aun cuando la tradicion de la cosa se haga por otro cualquier título. Algunas veces sin embargo sucede lo contrario: por ejemplo, el

aut locatam, uel aput eum depositam, existimans eam esse hereditariam, uendiderit aut donauerit, furtum non committit. item si is, ad quem ancillae ususfructus pertinet, partum etiam suum esse credens, uendiderit aut donauerit, furtum non committit; furtum enim sine affectu furandi non committitur. aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine uitio furti rem alienam ad aliquem transferat et efficiat, ut a possessore usucapiatur. §. 51. Fundi quoque alieni potest aliquis sine ui possessionem nancisci, quae uel ex negligentia domini uacet, uel quia dominus sine successore decesserit, uel longo tempore afuerit. nam si ad alium bona fide accipientem transtulerit, poterit usucapere possessor; et quamuis ipse, qui uacantem possessionem nactus est, intellegat, alienum esse fundum, *tamen* nihil hoc *bonae* **fidei** possessori ad usucapionem nocet, *cum* improbata sit eorum sententia, qui putauerint, furtiuum fundum fieri posse.

§. 52. Rursus ex contrario accidit, ut qui sciat alienam rem se possidere, usucapiat: uelut si rem hereditariam, cuius possessionem heres nondum nactus est, aliquis possederit; nam ei concessum (*est*, *usu*)capere, si modo rea es est, quae recipit usucapionem. quae species possessionis et usucapionis pro herede uocatur. §. 53. Et in tantum haec usucapio concessa est, ut et res, quae solo continentur, anno usucapiantur. §. 54. Quare autem hoc casu etiam soli rerum annua constituta sit usucapio, illa ratio est, quod olim rerum hereditariarum possessione *uel*ut ipsae hereditates usucapi credebantur, scilicet anno. lex enim XII tabularum soli quidem res biennio usucapi iussit, ceteras uero anno. ergo hereditas in ceteris rebus uidebatur esse, quia soli non est, quia neque corporalis est. quamuis (*autem*) postea creditum sit, ipsas hereditates usucapi non posse, tamen in omnibus rebus hereditariis, etiam quae solo teneantur, annua usucapio remansit. §. 55. Quare autem omnino tam improba possessio et usucapio concessa sit, illa ratio est, quod uoluerunt ueteres maturius hereditates adiri, ut essent, qui sacra facerent, quorum illis temporibus summa obseruatio fuit, et ut creditores haberent, a quo suum consequerentur. §. 56. Haec autem species possessionis et usucapionis etiam lucratiua uocatur: nam sciens

§. 51. Conf. §. 7. 1. de usucap. *Fundi — — — afuerit.* cit. L. 37. de usurpat. §. 1. *nam si* etc. Conf. L. 38. eod. (ex Nostri Reb. cottid.) *eorum sententia* etc. Conf. Gellius, Lib. XI, cap. 18.

§. 52. Conf. infra Commentar. III. §. 201. *cuius — nactus est.* Conf. Pomponius, L. 29. de usurpat.

§. 54. *quod olim — — credebantur.* Conf. Cicero, pro Flacco, cap. 34. ad Atticum, Lib. I, epist. 5. *lex enim — — anno.* Conf. supra §. 42. et loci ibi allegati. *quamuis — — posse.* Conf. Seneca, de Benefic. Lib. VI, cap. 5.

§. 55. *ut essent — — fuit.* Conf. Cicero, de Legib. Lib. II, cap. 19—21. pro Muraena, cap. 12.

§. 56. Conf. Iulianus, L. 2. §. 1. pro herede et L. 33. §. 1. de usurpat.

heredero que en la persuasion de que pertenece á la herencia, vende ó dona una cosa prestada al difunto, ó habida en alquiler ó depósito, no comete hurto: de la propia manera, si el usufructuario de una mujer esclava vende ó dona el hijo que ha nacido de ella, creyendo que le pertenece, tampoco comete hurto, porque para que lo haga es necesario que exista la intencion de hurtar. Tambien puede suceder de otras varias maneras que sin cometer hurto transfiera uno á otro la cosa agena de tal manera que el poseedor llegue á usucapirla.

§. 51. Del mismo modo cuando una persona entra sin violencia en posesion de un predio que esté desocupado, ya por abandono, larga ausencia ó fallecimiento del dueño sin dejar heredero, si esta persona entrega el predio á un tercero que lo recibe de buena fé, este le puede adquirir por usucapion, pues si bien el que toma posesion de un predio desocupado siempre debe pensar que no carece de dueño, esto no daña al poseedor de buena fé, refutada como está la opinion de los que suponen posible el hurto de un fundo.

§. 52. Por el contrario acontece tambien que el poseedor á sabiendas de una cosa agena puede usucapirla: por ejemplo, la persona que posea algun objeto de una sucesion no obtenida todavía por el heredero, pues en este caso es permitido usucapir siempre que la cosa sea susceptible de ello: esta especie de posesion y usucapion se llama *pro herede*.

§. 53. Semejante usucapion se ha concedido solamente á fin de que aun las cosas adheridas al suelo (inmuebles), se usucapan en un año.

§. 54. La razon de haberse establecido en este caso la usucapion por un año aun respecto de las cosas inmuebles, es porque antiguamente aun las mismas herencias eran susceptibles de usucapion con tal que se posevesen por un año los objetos hereditarios. En efecto, la ley de las Doce Tablas dispone que las cosas inmuebles no puedan usucapirse sino despues de dos años de posesion, en tanto que para las otras solamente exige un año. De consiguiente la herencia se consideraba comprendida en la última clase en razon á no ser cosa corporal, cuanto menos adherida al suelo. Y aunque se reconoció despues que las herencias no eran susceptibles de usucapirse, se conservó sin embargo la usucapion por un año para los objetos hereditarios aun respecto de aquellos que consistan en cosas inmuebles.

§. 55. Y el motivo de conceder la usucapion á una posesion tan injusta, fué porque los antiguos querían que la herencia fuese adida en un plazo muy breve, á fin de que nunca faltase una persona que hiciese los sacrificios por el difunto, observados escrupulosamente en aquel tiempo, y á la cual pudieran dirigirse los acreedores para recobrar sus créditos.

§. 56. Esta especie de posesion y usucapion se llama tam-

quisque rem alienam lucrifacit. §. 57. Sed hoc tempore etiam non est lucratiua. nam ex auctoritate Hadriani senatusconsultum factum est, ut tales usucapiones reuocarentur. et ideo potest heres ab eo, qui rem usucepit, hereditatem petendo perinde eam rem consequi, atque si usucapta non esset. §. 58 Set necessario tamen herede extante ipso iure, pro herede usucapi potest. §. 59. Adhuc etiam ex aliis causis sciens quisque rem alienam usucapit. nam qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit, uel in iure cesserit, si eandem ipse possederit, potest usucapere, anno scilicet, *et* si soli sit. quae species usucapionis dicitur usureceptio, quia id, quod aliquando habuimus, recipimus per usucapionem. §. 60. Sed cum fiducia contrahitur aut cum creditore pignoris iure, aut cum amico, quod tutius nostrae res aput eum essent: siquidem cum amico contracta sit fiducia, sane omnimodo competit usureceptio: si uero cum creditore, soluta quidem pecunia omnimodo competit: nondum uero soluta ita demum competit, si neque conduxerit eam rem a creditore debitor, neque precario rogauerit, ut eam rem possidere liceret; quod casu lucratiua usucapio competit. §. 61. Item si rem obligatam sibi populus uendiderit, *eamque* dominus possederit, concessa est usureceptio: sed hoc casu praedium biennio usurecipitur. et hoc est, quod uolgo dicitur, ex praediatura possessionem usurecipi. nam qui mercatur a populo praediator appellatur.

§. 62. Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alienandae rei potestatem non habeat; et qui dominus non sit, *ali*enare possit. §. 63. Nam dotale praedium maritus inuita muli*ere* per legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis ipsius *sit*, uel mancipatum ei dotis causa, uel in iure cessum, uel usucaptum. quod quidem ius utrum ad Italica tantum praedia, an etiam ad prouincialia pertineat, *dubit*atur. §. 64. Ex diuerso agnatus furiosi curator rem furiosi alienare potest ex lege XII tabularum; item procurator ********** ; item creditor pignus ex pac-

§. 57. Conf. L. 1. C. de usucap. pro herede. (Anton.)

§. 58. Conf. infra Commentar. III. §. 201. item L. 2. C. de usucap. pro herede (Dioclet. et Maxim.) — Cum his, quae de usucapione pro herede §. 52. et seq. Gajus disputat, praeter locus superius allegatos conferendi sunt etiam Cicero, Topic. cap. 6. (verbis *aut possessione retenta*) et Plinius, Lib. V, epist. 1.

§. 59. *qui rem — cesserit.* Conf. Isidorus, Origin. Lib. V, cap. 25.

§. 60. *cum amico — essent.* Conf. Boethius, Commentar. in Topic. Cicer. Lib. IV. (ad cap. 10.) *si uero cum creditore* etc. Conf. infra Commentar. III. §. 201.

§. 62. pr. I. quib. alien. lic.

§. 63. *Nam — — — usucaptum.* cit. pr. I. quib. alien. lic. conferendum et in reliqua huj. §. parte.

§. 64. *agnatus — tabularum.* Conf. Cicero, de Invent. Lib. II, cap. 50. Auctor ad Herennium, Lib. I, cap. 13. *item procurator.* Conf. L. 9. §. 4. de acquir. rer. dom. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 43. I. de divis. rer. *item creditor* etc. §. 1. I. quib. alien. lic.

bien *lucrativa*, pues que por ella se adquiere una cosa que á ciencia cierta pertenece á otro.

§. 57. Hoy dia no existen las usucapiones lucrativas porque han sido abolidas por un senadoconsulto adoptado con la autorizacion del emperador Adriano. Así es que el heredero puede pedir la herencia contra el que la haya usucapido y obtenerla cual si no mediase la usucapion.

§. 58. Sin embargo, aun puede verificarse la usucapion *pro herede* cuando existe un heredero necesario por derecho propio.

§. 59. Existen tambien otras causas por las cuales se pueden usucapir las cosas que se sabe pertenecer á otra persona. Así, aquel que ha dado en mancipio por causa de fiducia una cosa á otro, ó la ha cedido judicialmente, puede usucapirla por un año de posesion aun cuando sea cosa inmueble. Esta clase de usucapion se llama *usurecepcion*, porque en semejante caso volvemos á tomar por la usucapion la cosa que ya nos ha pertenecido.

§. 60. Y como quiera que el pacto fiduciario pueda ser ó con un acreedor á título de prenda ó con un amigo á fin de asegurar las cosas nuestras que están en su poder, de aquí es, que si se ha contratado con un amigo, la usurecepcion es siempre competente; y si con un acreedor, no procede de ningun modo aquella, á no ser que el crédito esté ya solventado, ó que el deudor haya recibido la cosa á título no de arrendamiento ni de préstamo, en cuyo caso tiene lugar la usucapion lucrativa.

§. 61. Del mismo modo si el pueblo romano ha vendido una cosa sobre la cual tenia derecho, el dueño de esta cosa puede adquirirla por usurecepcion con tal que la posea; pero en este caso se necesita para los predios una posesion de dos años, y por esto se dice vulgarmente que la posesion por *prædiatura* puede producir la usurecepcion; pues *prædiator* se llama el que compra alguna cosa al pueblo romano.

§. 62. Suele acontecer algunas veces que uno sea propietario de una cosa sin tener por eso derecho de venderla, y por el contrario que la pueda enagenar sin ser el propietario de ella.

§. 63. En efecto, aunque el predio dotal pertenezca al marido, ya porque le haya sido mancipado á título de dote ó cedido judicialmente, ya porque lo haya usucapido, sin embargo la ley Julia le prohibe venderlo sin consentimiento de su mujer: con todo, se duda si esta disposicion debe solo aplicarse á los bienes situados en Italia, ó estenderse tambien á los de las provincias.

§. 64. Por el contrario, segun la ley de las Doce Tablas el curador agnado de un loco puede vender la cosa de este; tambien el procurador...; del mismo modo el acreedor puede enage-

tione, quamuis eius ea res non sit. sed hoc forsitan ideo uideatur fieri, quod uoluntate debitoris intellegitur pignus alienari, qui olim pactus est, ut liceret creditori pignus uendere, si pecunia non soluatur.

§. 65. Ergo ex his, quae diximus, apparet, quaedam naturali iure alienari, qualia sunt ea, quae traditione alienantur; quaedam ciulli, nam mancipationis et in iure cessionis et usucapionis ius proprium est ciuium Romanorum.

§. 66. Nec tamen ea tantum, quae traditione nostra fiunt, naturali nobis ratione adquiruntur, sed etiam *quae* occupando ********** quia antea nullius essent: qualia sunt omnia, quae terra, mari, coelo capiuntur. §. 67. Itaque si *feram* bestiam, aut uolucrem, aut piscem ********** captum ********** ********** *eous*que nostrum esse intellegitur, donec nostra custodia coerceatur. cum uero custodiam nostram euaserit et in naturalem libertatem se receperit, rursus occupantis fit, quia nostr*um* esse desinit. naturalem autem libertatem recipere uidetur, cum aut oculos nostros euaserit, aut licet *in* conspectu sit nostro, difficilis tamen *sit* rei persecutio. §. 68. In iis autem animalibus, quae ex consuetudine abire et redire solent, ueluti columbis et apibus, item ceruis, qui in siluas ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut si reuertendi animum habere desierint, etiam nostra esse desinant, et fiant occupantium. reuertendi autem animum uidentur desinere habere; cum reuertendi consuetudinem deseruerint. §. 69. Ea quoque, quae ex hostibus capiuntur, naturali ratione nostra fiunt.

§. 70. Sed et id, quod per alluuionem nobis adiicitur, eodem iure nostrum fit, per alluuionem autem uidetur adiici, quod ita paulatim flumen agro nostro *a*diicit, ut aestimare non possimus, quantum quoquo momento temporis adiiciatur. hoc est, quod uolgo dicitur, per alluuionem id adiici uideri, quod ita paulatim adiicitur, ut oculos nostros fallat. §. 71. Quodsi flumen partem aliquam ex tuo praedio de(*traxe*)rit et ad meum praedium *a*ttulerit, haec pars tua manet. §. 72. At si in medio flumine insula nata sit, haec eorum omnium communis est,

§. 65. *Ergo — — ciuili.* Conf. L. 1. pr. de acquir. rer. domin. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 11. I. de divis. rer. *nam mancipationis* etc. Conf. Boethius, Commentar. in Topic. Cicer. Lib. III. (ad cap. 5.) Vlpianus, Fragm. XIX, §. 4. Cicero, de Offic. Lib. I, cap. 12.

§. 66. Conf. cit. Lib 1. de a. r. d. §. 1. L. 3. pr. eod. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 12. I. de divis. rer.

§. 67. Conf. cit. L. 3. de a. r. d. §. 2. L. 5. pr. eod. (ex Nostri Reb. cottid.) cit. §. 12. I. de divis. rer.

§. 68. Conf. cit. L. 5. de a. r. d. §. 5. §. 15. I. de divis. rer. *ut si reuertendi* etc. cit. §. 15. I.

§. 69. Conf. cit. L. 5. de a. r. d. §. 7. §. 17. I. de divis. rer.

§. 70. Conf. L. 7. §. 1. de acquir. rer. domin. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 20. I. de divis. rer.

§. 71. Conf. cit. L. 7. de a. r. d. §. 2. §. 21. I. de divis rer.

§. 72. Conf. cit. L. 7. de a. r. d. §. 3. §. 22. I. de divis. rer.

nar, mediante pacto, la prenda recibida, aunque esta no le pertenece. Sin embargo esta facultad no emana al parecer sino de la voluntad del deudor, que ha consentido anteriormente en que el acreedor, á falta del pago, pueda vender la prenda.

§. 65. Resulta de lo que llevamos dicho que la propiedad, ora se transfiere por derecho natural, como sucede en la tradicion, ora por derecho civil, pues la mancipacion, la cesion judicial y la usucapion son modos de enagenar peculiares á los ciudadanos romanos.

§. 66. No es la tradicion el único modo de adquirir que nos suministra el derecho natural, pues podemos tambien hacerlo por ocupacion..... porque antes no perteneciesen á nadie, tales como las que se aprehenden en la tierra, el mar y el aire.

§. 67. Así los animales fieros ó salvages, las aves ó los peces.... cogidos.... *por nosotros*, nos pertenecen mientras permanezcan en nuestro poder. Pero si se escapan y vulven á gozar de su libertad natural, dejan de pertenecernos y pueden ser adquiridos de nuevo por el primero que los ocupe. Júzgase que han recobrado su libertad natural desde el punto en que los perdemos de vista, ó si, aunque los veamos, se han colocado de manera que sea difícil perseguirlos.

§. 68. En cuanto á los animales que tienen costumbre de salir y entrar, como son las palomas, las abejas, y tambien los ciervos que van y vienen de los bosques, la regla que se nos ha transmitido es que cesan de pertenecernos y pueden ser adquiridos por el primero que los ocupe, luego que han perdido la intencion de volver: y se presume que la han perdido cuando ya no tienen costumbre de hacerlo.

§. 69. Tambien las cosas cogidas al enemigo se hacen nuestras por derecho natural.

§. 70. Lo que se agrega á nuestro campo por aluvion, se adquiere tambien por el mismo derecho. Se entiende agregado por aluvion todo lo que un rio vá añadiendo á nuestro campo tan paulatinamente, que no puede estimarse la cantidad que se va agregando á cada momento. Así es que cuando vulgarmente se dice que tal porcion ha sido añadida por aluvion, se entiende el acrecentamiento que se ha ido formando tan insensiblemente, que nuestros ojos no han podido percibirlo.

§. 71 Por eso si el rio arranca una porcion de tu campo y lo añade al mio, la parte arrancada continúa siendo tuya.

§. 72. En cuanto á la isla formada en medio de un rio, pertenece en comun á los propietarios de los predios riberiegos

qui ab utraque parte fluminis prope ripam praedia possident. si uero non sit in medio flumine, ad eos pertinet, qui ab ea parte, quae proxuma est, iuxta ripam praedia habeant. §. 73. Praeterea id, quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est, quamuis ille suo nomine aedificauerit, iure naturali nostrum fit, quia superficies solo cedit. §. 74. Multoque magis id accidit et in planta, quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit. §. 75. Idem contingit et in *fru*mento, quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit. §. 76. Sed si ab eo petamus fructum, uel aedificium, et inpensas in aedificium, uel in seminaria, uel in sementem factas ei soluere nolimus, poterit nos per exceptionem doli mali repellere; utique si bonae fidei possessor fuerit. §. 77. Eadem ratione probatum est, quod in chartulis siue membranis meis aliquis scripserit, licet aureis litteris, meum esse, quia litterae chartulis sine membranis cedunt. itaque si ego eos libros easque membranas petam, nec inpensam scripturae soluam, per exceptionem doli mali summoueri potero. §. 78. Sed si in tabula mea aliquis pinxerit uelut imaginem, contra probatur: magis enim dicitur, tabulam picturae cedere. cuius diuersitatis uix idonea ratio redditur. certe secundum hanc regulam, si me possidente petas, imaginem tuam esse, nec soluas pretium tabulae, poteris per exceptionem doli mali summoueri. at si tu possideas, consequens est, ut utilis mihi actio aduersum te dari debeat: quo casu, nisi soluam impensam picturae, poteris me per exceptionem doli mali repellere; utique si bona fide possessor fueris. illud palam est, quod siue tu subripuisses tabulam, siue alius, competit mihi furti actio.

§. 79. In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiritur. proinde si ex uuis, (*aut oliuis, aut spicis*) meis uinum, aut oleum, aut frumentum feceris, quaeritur, utrum meum sit id uinum aut oleum aut frumentum, an tuum. item si ex auro aut argento meo uas aliquod feceris, aut ex meis tabulis nauem aut armarium aut subsellium fabricaueris; item si ex lana mea

§. 73. Conf. Epitome, II, 1, §. 4. cit. L. 7. de a. r. d. §. 12. §. 30. I. de divis. rer.

§. 74. Conf. Epitome, II, 1, cit. §. 4. cit. L. 7. de a. r. d. §. 13. §. 31. I. de divis. rer.

§. 75. Conf. Epitome, II, 1, cit. §. 4. L. 9. pr. de a. r. d. (ex Nostri Reb. cottid.) § 32. I. de divis. rer.

§. 76. Conf. Epitome, II, 1, §. 6. cit. L. 7. §. 12. cit. L. 9. pr. de a. r. d. cit. §. §. 30. et 32. I. de divis. rer.

§. 77. Conf. Epitome, II, 1, cit. §. §. 4. et 6. cit. L. 9. de a. r. d. §. 1. §. 33. I. de divis rer.

§. 78. Conf. cit. L. 9. de a. r. d. §. 2. §. 34. I. de divis. rer. Epitome, II, 1, cit. §. §. 4. et 6. *secundum hanc regulam* etc. cit. §. 34. I.

§. 79. *In aliis — — — Cassio.* Conf. L. 7. §. 7. de acquir. rer. domin. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 25. I. de divis. rer. Epitome, II, 1, §. 5. *alii — — uisum est.* Conf. cit. L. 7. §. 7. cit. §. 25. I. *sed cum — — — competere.* Conf. §. 26. I. de divis. rer. *quia* etc. cit. §. 26. I.

de ambas márgenes. Pero cuando no está en medio del rio, pertenece esclusivamente á los propietarios de los predios situados en la orilla mas próxima á la isla.

§. 73. Ademas lo que otro ha edificado en nuestro suelo, aunque sea en su nombre, se hace nuestro por derecho natural, porque la superficie cede al terreno.

§. 74. Con mucha mas razon me pertenece tambien la planta que otro haya puesto en mi terreno, con tal que haya echado raices.

§. 75. Del mismo modo me pertenece el trigo que otro haya sembrado en mi tierra.

§. 76. Pero si exigimos el fruto ó el edificio, y no queremos pagar los gastos de construccion ó los causados por la simiente y la siembra, se nos podrá oponer la escepcion de dolo, suponiendo que el poseedor lo haya sido de buena fé.

§. 77. Por la misma razon está admitido que lo escrito sobre mi papel ó mi pergamino, aunque la escritura sea de letras de oro, me pertenezca, porque la escritura cede al papel ó al pergamino. Mas si yo reclamo mis papeles y pergaminos sin querer pagar los gastos de la escritura, tambien se me podrá oponer la escepcion de dolo.

§. 78. Una regla contraria se sigue generalmente, cuando otro pinta en una tabla mia cualquier figura, pues la tabla, segun el parecer comun, cede á la pintura, sin que para tal diferencia se dé una razon idónea. Conforme á este principio es indisputable que si tú me reclamas como propiedad tuya el cuadro que yo poseo, y cuya tabla me pertenece, sin querer pagarme el precio de la tabla, podría rechazar tu demanda por la escepcion de dolo. Si por el contrario, tú posees el cuadro, es claro que yo propietario de la tabla tengo contra tí una accion útil, y en tal caso, si yo no quiero pagar el valor de la pintura, me puedes repeler con la escepcion de dolo. Y si mi tabla ha sido sustraida por tí ó por cualquier otro, puedo ejercer sin duda la accion de hurto.

§. 79. Tambien en otros casos se recurre al derecho natural. Y así, si tú has hecho vino con mis uvas, aceite con mis aceitunas y trigo de mis espigas, se pregunta: ¿á quién de los dos pertenecerá el vino, el aceite y el trigo? La misma cuestion se presenta en el caso de que tú hayas fabricado un vaso con oro ó plata que me pertenezca, ó con maderas mias una nave, un armario ó una silla: del mismo modo que si con mi lana has

uestimentum feceris, uel si ex uino et melle meo mulsum feceris, siue ex medicamentis meis emplastrum aut collyrium feceris: (*quaeritur*), an meum (*sit*). quidam materiam et substantiam spectandam esse putant, id est, ut cuius materia sit, illius et res, quae facta sit, uideatur esse; idque maxime placuit Sabino et Cassio. alii uero *eius rem* esse putant, qui fecerit; idque maxime diuersae scholae auctoribus uisum est: sed eum quoque, cuius materia *et* sub*stan*tia fuerit, furti aduersus eum, qui subripuerit, habere actionem; nec minus aduersus eundem condictionem ei competere, quia extinctae res, licet uindicari non possint, condici tamen furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.

III. De pupillis, an aliquid a se alienare possint. §. 80. Nunc admonendi sumus, neque feminam, neque pupillum sine tutore auctore rem mancipi alienare posse; nec mancipi uero feminam quidem posse, pupillum non posse. §. 81. Ideoque siquando mulier mutuam pecuniam alicui sine tutore auctore dederit, quia facit eam accipientis, cum scilicet *ea* pecunia res nec mancipi sit, contrahit obligationem. §. 82. At si pupillus idem fecerit, quia **pecuniam non facit accipientis**, nullam contrahit obligationem. unde pupillus uindicare quidem nummos suos potest, sicubi extent, id est, ***\

tejido un vestido, ó con mi vino y mi miel has hecho una mezcla (*mulsum*), ó con medicamentos mios has preparado un emplasto ó un colirio. Algunos autores creen que solo ha de atenderse á la materia y la sustancia, es decir, que de aquel cuya sea la materia, parece que debe ser lo que con ella se hiciere: tal es principalmente la opinion de Sabino y Casio. Otros al contrario creen que el objeto pertenece al que le ha dado su nueva forma; opinion que es sobre todo la de nuestros antagonistas, dado que ellos conceden la accion de hurto al propietario de la materia contra aquel que se la ha sustraido. Tambien le conceden la condicion, porque esta puede tener lugar contra los ladrones y otros poseedores aun por aquellas cosas ya destruidas, y que por lo mismo no nos es dado reclamar.

IV. Si los pupilos pueden enagenar. §. 80. La mujer y el pupilo no pueden vender las cosas *mancipi* sin autorizacion del tutor: en cuanto á las no *mancipi* es lícito á las mujeres enagenarlas, pero de ninguna manera los pupilos.

§. 81. Por consiguiente si una mujer presta dinero sin autorizacion de su tutor, queda sin embargo obligada, mediante á que siendo el dinero cosa no *mancipi*, adquiere su propiedad el que lo recibe.

§. 82. Pero si es un pupilo el que hace el préstamo, como quiera que no transfiere la propiedad del dinero, no contrae obligacion, y puede por lo mismo reivindicar su dinero donde quiera que lo halle, es decir. . . . . .
. . . . puede repetir. . . . . por lo cual se cuestiona si el dinero que prestó el pupilo. . . . . .
. . . . . .

§. 83. Las mujeres y los pupilos reciben válidamente *tanto las cosas mancipi como* las no *mancipi*, porque para hacer mejor su condicion, no necesitan de que el tutor los autorice.

§. 84. Así es que si el deudor paga al pupilo, este adquiere el dinero, pero no por eso se libra aquel de la deuda; pues el pupilo no puede disolver ninguna obligacion, sin que medie la autorizacion del tutor, porque sin ella no puede enagenar cosa alguna. Pero si habiéndose hecho mas rico con este dinero, el pupilo siguiere reclamando la misma suma, puede ser contestado con la escepcion de dolo.

§. 85. Por el contrario, á una mujer se le puede pagar válidamente sin autorizacion del tutor, quedando el deudor libre de la obligacion, mediante á que como hemos dicho arriba, la mujer puede enagenar las cosas *no mancipi* sin autorizacion

quam hoc ita est si accipiat pecuniam: at si non accipiat, set (*acceptam*) habere se dicat, et per acceptilationem uelit debitorem sine tutore auctore liberare, non potest.

§. 86. Adquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate, manu, mancipioue habemus. item per eos seruos, in quibus usumfructum habemus. item per homines liberos et seruos alienos, quos bona fide possidemus. de quibus singulis diligenter dispiciamus. §. 87. Igitur (*quod*) liberi nostri, quos in potestate habemus, item quod serui (*nostri*) mancipio accipiunt, uel ex traditione nanciscuntur, siue quid stipulentur, uel ex alia qualibet causa adquirant, id nobis adquiritur: ipse enim, qui in potestate nostra est, nihil suum habere potest. et ideo si heres institutus sit, nisi nostro iussu, hereditatem adire non potest; et si iubentibus nobis adierit, hereditatem nobis adquirit, proinde atque si nos ipsi heredes instituti essemus. et conuenienter scilicet legatum per eos nobis adquiritur. §. 88. Dum tamen sciamus, si alterius in bonis sit seruus, alterius ex iure Quiritium, ex omnibus causis ei soli per eum adquiri, cuius in bonis est. §. 89. Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habemus, adquiritur nobis, sed etiam possessio. cuius enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere uidemur. unde etiam per eos usucapio procedit. §. 90. Per eas uero personas, quas in manu mancipioue habemus, proprietas quidem adquiritur nobis ex omnibus causis, sicut per eos, qui in potestate nostra sunt: an autem possessio adquiratur quaeri solet, quia ipsas non possidemus. §. 91. De his autem seruis, in quibus tantum usumfructum habemus, ita placuit, ut quidquid ex re nostra, uel excoperis suis adquirant, id nobis adquiratur; quod uero extra eas causas (*persecuti sint*), id ad dominum proprietatis pertineat. itaque si iste seruus heres institutus sit, legatumue quod ei datum fuerit, non mihi, sed domino proprietatis adquiritur. §. 92. Idem placet de eo, qui a nobis bona fide possidetur, siue liber sit, siue alienus seruus. quod enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonae fidei possessore, itaque

§. 86. L. 10. pr. de acquir. rer. domin. inscripta: Gajus Libro II. Institutionum. pr. I. per quas person. nob. acquir. Conf. Vlpianus, Fragm. XIX. §. 18. Epitome, II, 1, §. 7.

§. 87. Conf. Vlpianus, Fragm. XIX, §. §. 18. 19. Epitome, II, 1, cit. §. 7. *Igitur quod liberi* etc. Conf. §. 1. I. per quas person. nob. acquir. *item quod serui* etc. cit. L. 10. de a. r. d. §. 1. §. 3. I. p. q. p. n. a. *ipse enim—potest.* Conf. infra §. 96.

§. 88. Conf. Vlpianus, Fragm. XIX, §. 20. item supra Commentar. I. §. 54. et infra Commentar. III. §. 166.

§. 89. cit. L. 10. de a. r. d. §. 2. cit. §. 3. I. p. q. p. n. a.

§. 91. cit. L. 10 de a. r. d. §. 3. §. 4. I. p. q. p. n. a. Conf. Epitome, II, 1, cit. §. 7. Vlpianus, Fragm. XIX, § 21. item infra Commentar. III. §. 165.

§. 92. cit. L. 10. de a. r. d. §. 4. cit. §. 4. I. p. q. p. n. a. Conf. Vlpianus, Fragm. XIX, cit. §. 21. item infra Commentar. III. §. 164.

del tutor. Tal sucede cuando ella recibe el dinero; pero si, no recibiéndolo, dice que lo ha recibido queriendo librar al deudor por *acceptilacion*, no puede hacerlo sin que para ello interponga el tutor su autoridad.

§. 86. No solamente adquirimos por nosotros mismos, sino tambien por las personas que tenemos bajo nuestra potestad, *poder* ó *mancipio*, así como por los esclavos cuyo usufructo nos pertenece, y tambien por los hombres libres y por los esclavos de otro que poseyéremos de buena fé. Examinemos cuidadosamente cada una de estas adquisiciones en particular.

§. 87. Todo aquello que los hijos sometidos á nuestra potestad ó nuestros esclavos reciban en mancipio ó adquieran por tradicion, bien sea que provenga de estipulacion ó de cualquiera otra causa, se hace nuestro, pues el individuo sometido á nuestra potestad nada puede tener que sea suyo. Y por consiguiente si ha sido instituido heredero, no puede adir la herencia sin nuestro mandato; y si precediendo este, la adiese, para nosotros es la adquisicion cual si nosotros mismos hubiésemos sido instituidos herederos. De la misma manera podemos adquirir por medio de ellos un legado.

§. 88. Es de notar, sin embargo, que si un esclavo pertenece á una persona por dominio bonitario y á otra por el quiritario, de cualquier modo que adquiera, lo hace siempre para aquella á quien pertenezca por dominio bonitario.

§. 89. Y no solamente podemos adquirir la propiedad por los individuos sometidos á nuestra potestad, sino tambien la posesion, pues cualquiera cosa que ellos posean, siempre se considera poseida por nosotros: así es que podemos usucapir por medio de ellos.

§. 90. Ciertamente adquirimos tambien la propiedad de las cosas por aquellas personas que tenemos en *mancipio* ó en nuestro poder, de la misma manera que por las que están sometidas á nuestra potestad; pero se duda si podremos adquirir por los primeros la posesion de las cosas, toda vez que nosotros no los poseemos á ellos.

§. 91. En cuanto á los esclavos que solo tenemos en usufructo, se ha decidido que los frutos de su trabajo y los que saquen de la cosa que nos pertenece, sean para nosotros; pero lo que adquieran de cualquiera otra manera, corresponde al propietario de estos esclavos.

§. 92. Lo mismo se ha dispuesto para el caso en que poseamos de buena fé un hombre libre ó un esclavo de otro; porque aquello que se decide para el usufructuario, se decide igualmente para el poseedor de buena fé; y de consiguiente todo lo que

quod extra duas istas causas adquiritur, id uel ad ipsum pertinet si liber est, uel ad dominum si seruus *est*. §. 93. Sed si bonae fidei p*ossessor usuceperit seru*um, quia eo modo dominus fit, *ex o*mni causa per eum sibi adquirere potest. Vsufructuarius uero usucapere non potest: primum quia non possidet, set habet ius utendi et fruendi; deinde quia scit, alienum seruum esse. §. 94. De illo quaeritur, an per eum seruum, in quo usumfructum habemus, possidere aliquam rem et usucapere possimus, quia ipsum non possidemus. Per eum uero, quem bona fide possidemus, sine dubio et possidere et usucapere possumus. Loquimur autem in utriusque persona secundum distinctionem, quam proxume exposuimus; id est, si quid ex re nostra uel ex operis suis adquirant, id nobis adquiritur. §. 95. Ex his apparet, per liberos homines, quos neque iuri nostro subiectos habemus, neque bona fide possidemus, item per alienos seruos, in quibus neque usumfructum habemus, neque iustam possessionem, nulla ex causa nobis adquiri p*osse. *et hoc est, quod dici*tur, per extraneam personam nihil adquiri *posse* ***** ********** quaeritur, anne ********** nobis adquiratur. §. 96. In summa sciendum *est* his, *qui in* potestate, manu, mancipioue sunt, nihil in iure cedi posse. cum enim istarum personarum nihil suum esse possit, conueniens est scilicet, ut nihil *omnino* in iure uindicare possint.

---

§. 97. (*Hactenus*) tantisper admonuisse sufficit, quemadmodum singulae res nobis adquirantur. nam legatorum ius, quo et ipso singulas res adquirimus, opportunius alio loco referemus. Videamus ita-que nunc, quibus modis per uniuersitatem res nobis adquirantur. §. 98. Si cui heredes facti sumus, siue cuius bonorum possessionem petierimus, siue cuius bona emerimus, siue quem adrogauerimus, siue quam in manum ut uxorem receperimus, eius res ad nos transeunt.

§. 93. cit. L. 10. de a. r. d. §. 5. cit. §. 4. I. p. q. p. n. a.
§. 94. *Loquimur*, etc. cit. §. 4. I. p. q. p. n. a. conferenda ad priorem quoque huj. §. partem.
§. 95. *Ex his— — —nihil adquiri posse.* §. 5. I p. q. p. n. a. conferenda et in reliqua huj. artic. parte.
§. 96. *cum enim — suum esse possit.* Conf. supra §. 87.
§. 97. §. 6. I. per quas person. nob. acquir.
§. 98. cit. §. 6. I. p. q. p. n. a. Conf. Epitome, II, 2, pr.

se adquiera por otro medio que los dos arriba mencionados, si el que adquiere es libre, lo adquiere para sí propio, y si esclavo para el dueño á quien pertenezca.

§. 93. Pero si el poseedor de buena fé llegase á usucapir el esclavo, todo lo que este adquiera por cualquier título, puede aquel hacerlo suyo, pues que mediante la usucapion tiene ya dominio en el esclavo. Pero el usufructuario no puede jamás usucapir, primero: porque no posee, sino tiene solamente el derecho de usar y gozar; segundo: porque sabe que el esclavo pertenece á otro.

§. 94. Como no poseemos el esclavo que solo nos pertenece en usufructo, de ahí el que se dispute sobre si podemos ó no poseer y usucapir por medio de este esclavo. Pero respecto de aquel que de buena fé poseyéremos, no cabe duda en que podemos poseer y usucapir por su medio. Sin embargo hablamos en ambos casos en el sentido de la distincion establecido anteriormente, es decir, que solo adquirimos por medio del esclavo aquello que proceda de su trabajo ó de cosas que nos pertenezcan.

§. 95. De estos antecedentes se deduce que de ningun modo nos es dado adquirir cosa alguna por personas que no dependieren de nosotros ó que no poseyéremos de buena fé, ni por esclavos agenos en quienes no tuviéremos el usufructo ni la posesion legítima: y hé aquí el sentido en que se dice que nada podemos adquirir por persona estraña. . . . . .

§. 96. Ultimamente debe saberse que nada se puede ceder judicialmente á las personas sometidas á la potestad, al poder ó al mancipio; pues de que estas personas nada puedan tener en propiedad, se sigue justamente que nada puedan reivindicar legalmente.

TITULO II.

De la adquisicion de las cosas por universalidad.

§. 97. Basta haber indicado sumariamente hasta aquí cómo se adquiere cada cosa en particular: en cuanto al derecho que rige en materia de legados, por los cuales tambien adquirimos las cosas en particular, ya hablaremos de él en lugar mas conveniente. Veamos ahora cómo se adquieren las cosas por universalidad.

§. 98. Cuando llegamos á ser herederos, pedimos la posesion de bienes, compramos los de otra persona, adrogamos á alguno ó una mujer, por ejemplo, nuestra esposa, queda sometida á nuestro poder, nos son transmitidos los bienes del difunto, del vendedor, del adrogado y de la mujer.

§. 99. Ac prius de hereditatibus dispiciamus, quarum duplex condicio est: nam vel ex testamento, uel ab intestato ad nos pertinent.

§. 100. Et prius est, ut de his dispiciamus, quae nobis ex testamento obueniunt.

§. 101. Testamentorum autem genera initio duo fuerunt. nam aut calatis comitiis faciebant, quae comitia bis in anno testamentis faciendis destinata erant, aut in procinctu, id est, cum belli causa ad pugnam ibant; procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. alterum itaque in pace et in otio faciebant, alterum in proelium exituri. §. 102. Accessit deinde tertium genus testamenti, quod per aes et libram agitur. qui neque calitis comitiis, neque in procinctu testamentum fecerat, is, si subita morte urguebatur, amico familiam suam, id est, patrimonium suum mancipio dabat, eumque rogabat, quid cuique post mortem suam dari uellet. quod testamentum dicitur per aes et libram; scilicet quia per mancipationem peragitur. §. 103. Sed illa quidem duo genera testamentorum in desuetudinem abierunt; hoc uero solum, quod per aes et libram fit, in usu retentum est. sane nunc aliter ordinatur, atque olim solebat. namque olim familiae emptor, id est, qui a testatore familiam accipiebat mancipio, heredis locum optinebat, et ob id ei mandabat testator, qui cuique post mortem suam dari uellet. nunc uero alius heres testamento instituitur, a quo etiam legata relinquuntur, alius dicis gratia propter ueteris iuris imitationem familiae emptor adhibetur. §. 104. Eaque res ita agitur. qui facit, adhibitis, sicut in ceteris mancipationibus, v testibus ciuibus Romanis puberibus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis

§. 99. cit. §. 6. I. p. q. p. n. a.

§. 100. cit. §. 6. I. p. q. p. n. a.

§. 101. Conf. §. 1. I. de testam. ordin. Gellius, Lib. XV, cap. 27. Vlpianus, Fragm. XX, §. 2. *quae comitia — erant.* Conf. Theophilus, II, 10, §. 1. *in procinctu* etc. Conf. Theophilus, loc. cit. Plutarchus, in Coriolano, cap. 9 (pag. 217). Festus, sub vocib. Endoprocinctu et Procincta. Servius Danielis. ad Aeneid. Lib. VII, vers. 612. Cicero, de Natur. deor. Lib. II, cap. 3. De testamentis in procinctu factis conferendus est locus Sabinii a Majo ante aliquot annos vulgatus. Vid. Virgilii Maronis interpres, edente Angelo Majo. Mediol. 1818. pag. 67, 68. item Pernice, Geschicte, Alterthümer u. Institutionen des Romischen Rechts. Zweite Aufl. Halle. 1824. pag. 376 note 150. Conf. Bluhmii. Iter Italicum. T. I. pag. 263.

§. 102. Conf. cit. §. 1. I. de test. ord. Gellius, Lib. XV, cit. cap. 27. Vlpianus, Fragm. XX, cit. §. 2. *qui neque — — — dari uellet.* Conf. Theophilus, II, 10, cit. §. 1.

§. 103. *Sed — — — retentum est.* Conf. cit. §. 1. I. de test. ord. Vlpianus, Fragm. XX, cit. §. 2. *sane nunc aliter* etc. Conf. Theophilus, II, 10, cit. §. 1.

§. 104. *Eaque — — — familiam suam.* Conf. cit. §. 1. I. de test. ord. Vlpianus, Fragm. XX, §. §. 2. 9. *sicut in ceteris mancipationibus.* Conf. supra Commentar. I, §. 119. *in qua re — — — uelut pretii loco.* Conf. Theophilus, II, 10. cit. §. 1. *deinde testator — — — nuncupatio.* Conf. Vlpianus, Fragm. XX, cit. §. 9.

TITULO III.

De las herencias.

§. 99. Ocupémonos primeramente de las herencias, las cuales son de dos especies: ó por testamento ó *abintestato*.

§. 100. Y en primer lugar examinemos las que nos vienen por testamento.

TITULO IV.

De cómo se hacen los testamentos y de las personas que pueden hacerlos.

§. 101. En un principio solo hubo dos especies de testamento, porque ó se hacia en los comicios calados (*calatis comitiis*), los cuales en dos épocas del año estaban destinados á la celebracion de los testamentos; ó se hacia *in procinctu*, es decir, al punto de marchar los soldados al combate en caso de guerra, pues se llama *procinctus* á un ejército ya provisto de armas y pronto á partir. De manera que el uno se hacia en la calma de la paz, y el otro en el acto de salir á campaña.

§. 102. Vino en seguida una tercera especie de testamento que se practicaba *per æs et libram* (testamento por la moneda y la balanza). Aquel que no habia hecho testamento en los comicios calados ni *in procinctu*, y se encontraba amenazado de una muerte pronta, daba en *mancipio* á un amigo suyo su familia, es decir, su patrimonio, encargándole la reparticion de sus bienes en la forma que determinaba. Este testamento se llamaba *per æs et libram*, porque se hacia por medio de una mancipacion.

§. 103. Las dos primeras especies de testamento han caido en desuso, y solo se ha conservado el testamento *per æs et libram*, pero se ha reformado la manera de practicarlo. Antiguamente el comprador de la familia, es decir, el que recibia en *mancipio* la familia del testador, obtenia el lugar de un verdadero heredero, y el testador le señalaba la parte de herencia que debia dar á cada uno despues de su muerte. Ahora por el contrario se instituye por testamento otro heredero encargado tambien de la distribucion de los legados, y solo se hace uso por mera fórmula de un comprador de la familia para imitar el derecho antiguo.

§. 104. Lo cual se practica de este modo: el testador, despues de escritas las tablas del testamento y hallándose presentes, como en las demas mancipaciones, cinco testigos todos ciudadanos romanos púberes y un libripende, celebra la venta (*mancipat*) de su familia por mera formalidad jurídica, en cuyo acto

gratia familiam suam. in qua re his uerbis familiae emptor utitur: FAMILIAM PECVNIAMQVE TVAM ENDO MANDATAM TVTELAM CVSTODELAMQVE MEAM (RECIPIO, EAQVE), QVO TV IVRE TESTAMENTVM FACERE POSSIS SECVNDVM LEGEM PVBLICAM, HOC AERE, et ut quidam adiiciunt AENEAQVE LIBRA, ESTO MIHI EMPTA. deinde aere percutit libram, idque aes dat testatori, uelut pretii loco. deinde testator tabulas testamenti tenens ita dicit: HAEC ITA, VT IN HIS TABVLIS CERISQVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQVE VOS, QVIRITES, TESTIMONIUM MIHI PERHIBETOTE. et hoc dicitur nuncupatio: nuncupare est enim palam nominare; et sane, quae testator specialiter in tabulis testamenti scripserit, ea videtur generali sermone nominare atque confirmare. §. 105. In testibus autem non debet is esse, qui in potestate est aut familiae emptoris, aut ipsius testatoris, quia propter ueteris iuris imitationem totum hoc negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur inter familiae emptorem agi et testatorem: quippe olim, ut proxime diximus, is, qui familiam testatoris mancipio accipiebat, loco heredis erat. itaque reprobatum est in ea re domesticum testimonium. §. 106. Vnde et si is, qui in potestate patris est, familiae emptor adhibitus sit, pater eius testis esse non potest. at ne is quidem, qui in eadem potestate est, uelut frater eius. Sed si filiusfamilias ex castrensi peculio post missionem faciat testamentum, nec pater eius recte testis adhibetur, nec is, qui in potestate patris est. §. 107. De libripende eadem, quae et de testibus, dicta esse intellegemus: nam et is testium numero est. §. 108. Is uero, qui in potestate heredis, aut in (*potestate*) legatarii est, cuiusue heres ipse aut legatarius in potestate est, quique in eiusdem potestate est, ab eo, (*qui testamentum facit*), testis et libripens adhiberi potest; ut ipse quoque heres et legatarius iure adhibeantur. sed tamen, quod ad heredem pertinet, quique in eius potestate est, cuiusue is in potestate erit, minime hoc iure uti debemus.

De testamentis militum. §. 109. Set haec diligens obseruatio in ordinandis testamentis militibus propter nimiam imperitiam constitutionibus Principum remissa est. nam quamuis neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque uendiderint familiam, neque nuncupauerint testamentum, recte nihilomi-

§. 105. Conf. Vlpianus, Fragm. XX, §. 3. §. §. 9. 10. I. de test. ord.
§. 106. *Vnde — — — frater eius.* Conf. Vlpianus, Fragm. XX, §. §. 4. 5. *Sed si filius-familias* etc. §. 9. I. de test. ord. Conf. Vlpianus, L. 20. §. 2. qui testam. fac. poss.
§. 107. Conf. Vlpianus, Fragm. XX. cit. §. 3.
§. 108. Conf. §. §. 10. 11. I. de test. ord. item Cicero, pro Milone. cap. 18. Vlpianus, L. 20. pr. qui testam. fac. poss.
§. 109. pr. I. de militar. testam. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 10.

pronuncia el comprador las siguientes palabras: YO ME ENCARGO Y TOMO BAJO MI TUTELA Y SALVAGUARDIA TU FAMILIA Y TU DINERO, Y A FIN DE QUE POR ESTE MEDIO PUEDAS HACER TESTAMENTO CONFORME A LAS LEYES, SEA COMPRADA PARA MI POR ESTA MONEDA, á lo cual añaden algunos Y POR LA BALANZA DE METAL; toca en seguida la balanza con la moneda, y la dá al testador como precio de su patrimonio. Entonces el testador dice, teniendo en la mano las tablas que contienen el testamento: YO DOY, LEGO, TESTO, TAL COMO ESTA ESCRITO EN ESTAS TABLAS Y EN ESTA CERA; Y POR LO TANTO, ROMANOS, DADME TESTIMONIO DE ELLO. Esto es lo que se llama nuncupacion, porque nuncupar significa nombrar abiertamente, y en realidad el testador no hace otra cosa que designar y confirmar de una manera general las disposiciones especiales que ya ha trazado en las tablas.

§. 105. No puede, empero, servir de testigo el individuo sujeto á la potestad del comprador ni aun del testador, pues para imitar en un todo el derecho antiguo en las formalidades que se practican para hacer testamento, no se consideran como partes mas que al testador y al comprador de la familia: otras veces en efecto, como ya lo hemos dicho, el comprador tomaba el lugar de heredero, y por eso no se admite el testigo doméstico.

§. 106. Por lo cual si se escoje para comprador de la familia una persona sometida á la patria potestad, no podrá servir su padre de testigo ni aun ningun otro de los que éste tuviere bajo su potestad, como un hermano del comprador por ejemplo. Del mismo modo cuando un hijo de familia dispone por testamento de su peculio castrense, despues de licenciado del servicio militar ni su padre ni persona alguna sometida á su potestad pueden servir de testigos en semejante testamento.

§. 107. Estas disposiciones comprenden asimismo al libripende, pues se le considera tambien como testigo.

§. 108. Por el contrario, puede el testador emplear válidamente como testigo ó como libripende á un individuo sometido á la potestad del heredero ó del legatario, ó al que dependa de la misma potestad que ellos, ó en fin, al que los tenga bajo su potestad. Hay mas: el testador puede emplear tambien válidamente como testigos hasta á su propio heredero ó legatario. Sin embargo, no debemos usar de esta facultad por lo que respecta al heredero y al que está sometido á su potestad, ó bajo cuya potestad él se encontrare.

De los testamentos militares. §. 109. La estricta observancia de estas prolijas formalidades en la formacion de los testamentos ha sido dispensada á los militares por las constituciones de los emperadores á causa de su grande ignorancia. En efecto, el testamento que ellos hagan siempre es válido, aunque no citen el número de testigos fijado por la ley, ni vendan el patrimonio, ni hagan la nuncupacion.

nus testantur. §. 110. Praeterea permissum est iis, et peregrinos et Latinos instituere heredes, uel iis legare; cum alioquin peregrini quidem ratione ciuili prohibeantur capere hereditatem legataque, Latini uero per legem Iuniam. §. 111. Caelibes quoque, qui lege Iulia hereditatem legataque capere uetantur: item orbi, id est, qui liberos non habent, quos lex ********** *** prohibet ********** ********** **********. §. 112. *tes*tamentum facere ********** ********** scilicet ut quae tutela liberatae non essent, ita testari debe*rent*. §. 113. Videntur ergo melioris condicionis esse feminae, quam masculi: nan masculus minor annorum XIIII testamentum facere non potest etiamsi tutore auctore testamentum facere uelit; uero post XII. ann*um* testamenti faciundi ius nanci*s*citur.

§. 114. Igitur si quaeramus, an ualeat testamentum inprimis aduertere debemus, an is, qui id fecerit, habuerit testamentifactionem: deinde si habuerit, requiremus, an secundum iuris ciuilis regulam *te*status sit; exceptis militibus, qui*bus* propter nimiam *impe*ritiam, ut diximus, quomodo uelint, uel quomodo *poss*int, permittitur testamentum facere.

§. 115. Non tamen, ut iure ciuili *uale*at testamentum, sufficit ea obseruatio, quam supra expo*su*imus de familiae uenditione et de testibus et de nuncupationibus.

§. 116. Ante omnia requirendum est, an institutio heredis sollemni more facta sit: nam aliter facta institutione nihil proficit, familiam testatoris ita uenire, testesque ita adhiberi, *itaque* nuncupari testamentum, ut supra diximus. §. 117. Sollemnis autem institutio haec est: TITIVS HERES ESTO. sed et illa iam comprobata uidetur: TITIVM HEREDEM ESSE IVBEO. at illa non est comprobata: TITIVM HEREDEM ESSE VOLO. set et illae a plerisque inprobatae sun*t*: HEREDEM INSTITVO, item HEREDEM FACIO.

§. 118. Obseruandum praeterea est, ut si mulier, quae in

§. 110. *cum alioquin peregrini — — legataque.* Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 2. *Latini uero* etc. Conf. supra Commentar. I. §. §. 23. 24. et infra huj. Commentar. §. 275.

§. 111. Conf. infra §. §. 286. 144.

§. 112. Conf. infra §. 118.

§. 113. *nan masculus — — uelit.* Conf. Epitome, II, 2, §. 2. §. 1. l. quib. non est. permiss. fac. testam. Vlpianus, Fragm. XX, §. 12. *femina uero* etc. Conf. Vlpianus, Fragm. XX, §. 15.

§. 114. *Igitur — — — testatus sit.* L. 4. qui testam. fac. poss. inscripta: Gajus Libro II. Institutionum. *ut diximus.* Conf. §. 109. *quomodo uelint, uel quomodo possint.* Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 10.

§. 115. *Non — — exposuimus.* pr. l. de exheredat. liber. *supra.* Vid. §. 104. sq.

§. 116. *ut supra diximus.* Vid. §. 104. sq.

§. 117. Conf. Vlpianus, Fragm. 21.

§. 118. Conf. supra Commentar. I. §. 192. et huj. Commentar. §. §. 112. et 113. infra Commentar. III. §. 43. item Vlpianus, Fragm. XX, §. 15, Boethius, Commentar. in Topic. Cicer. Lib. II. (ad cap. 4.)

§. 110. Por otra parte les ha sido permitido instituir herederos ó legatarios á los extranjeros y á los Latinos, en tanto que el derecho civil veda á los primeros y la ley Junia á los últimos la facultad de ser herederos ó legatarios.

§. 111. Tambien los célibes que no pueden percibir herencias ni legados segun la misma ley Julia, y los *orbi*, es decir, aquellos que no tienen hijos, á quienes la ley. . . . . prohibe. . . . . .

(*Hic pagina integra desideratur.*)

§. 112. . . . . hacer testamento. . . . . á saber: que deberían testar de este modo las que estuviesen todavía bajo tutela.

§. 113. Así es que la condicion de las hembras parece mejor que la de los varones: en efecto, el varon menor de catorce años no puede testar ni aun con la autorizacion de su tutor, mientras que por el contrario las hembras, luego que han cumplido los doce, gozan del derecho de testamentifaccion.

§. 114. Para saber si un testamento es válido, es preciso ver desde luego si el testador tenia la facultad de testar, y suponiendo que la tenia, examinar si ha testado en la forma prescrita por el derecho civil. Se esceptuan, sin embargo, los militares á quienes, como ya hemos dicho, se les ha permitido á causa de su estrema ignorancia testar de la manera que puedan ó quieran hacerlo.

§. 115. Pero no basta para que un testamento sea válido por derecho civil, que se hayan observado en él todas las formalidades espuestas anteriormente sobre la venta del patrimonio, los testigos y la nuncupacion.

§. 116. Antes de todo conviene examinar si la institucion de heredero se ha hecho con las solemnidades de costumbre, porque á haberse practicado de otra manera, poco importa que esten cumplidas las formalidades referidas anteriormente acerca de la venta del patrimonio, los testigos y la nuncupacion.

§. 117. La institucion solemne se hace en esta forma: QUE SEA TICIO MI HEREDERO. Parece, sin embargo, que está tambien admitida esta otra: ORDENO QUE TICIO SEA MI HEREDERO. Pero no así la siguiente: QUIERO QUE TICIO SEA MI HEREDERO; ni estas otras generalmente desechadas: INSTITUYO HEREDERO Ó HAGO HEREDERO.

§. 118. Es preciso además observar que si la mujer que está

tutela sit, faciat testamentum, (*auctoribus iis, quos*) tutores habet, facere debeat: alioquin inutiliter iure ciuili testabitur. §. 119. Praetor tamen, si septem signis testium signatum sit testamentum, scriptis heredibus secundum tabulas testamenti *hereditatem* pollicetur: (*et*) si nemo sit, ad quem ab intestato iure legitimo pertineat hereditas, uelut frater eodem patre natus, aut patruus, aut fratris filius, ita poterunt scripti heredes retinere hereditatem. nam idem iuris est et si alia ex *causa* testamentum non ualeat, uelut quod familia non uenierit, aut nuncupationis uerba testator locutus non sit. §. 120. Sed uideamus, an etiamsi frater aut patruus extent, potiores scriptis heredibus habeantur. rescripto enim Imperatoris Antonini significatur, eos, qui secundum tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse aduersus eos, qui ab intestato uindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali. §. 121. Quod sane quidem ad masculorum testamenta pertinere certum est; item ad feminarum, quae ideo *non* utiliter testat*ae* sunt, quod uerbi gratia familiam non uendiderint, aut nuncupationis uerba locutae non sint: an autem et ad ea testamenta feminarunt, quae sine tutoris auctoritate fecerint, haec constitutio pertineat, uidebimus. §. 122. Loquimur autem de his scilicet feminis, quae non in legitima parentium aut patronorum tutela sunt, sed de his, quae alterius generis tutores habent, qui etiam inuiti coguntur auctores fieri. alioquin parentem et patronum, sine auctoritate eius facto testamento, non summoueri palam est.

§. 123. Item, qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum uel heredem instituat, uel nominatim exheredet: alioquin si eum silentio praeterierit, inutiliter testabitur. adeo quidem, ut nostri praeceptores existiment, etiamsi uiuo patre filius defunctus sit, neminem heredem ex eo testamento existere posse, scilicet quia statim ab initio non constiterit institutio. sed diuersae scholae auctores siquidem fili*us* mortis patris tempore uiuat, sane impedimento eum esse scriptis heredibus, et illum ab intestato heredem fieri confitentur: si uero ante mortem patris interceptus sit, posse ex testamento hered*itat*em adiri putant, nullo iam filio impedimento; quia scilicet existimant,

§. 119. Conf. infra §. 147. sq. item Cicero, Topic. cap. 4. ibique Boethius. *nam idem iuris est* etc. Conf. Vlpianus, Fragm. XXVIII, §. 6, §. 2. I. de test. ord.

§. 120. Conf. Paulus, Collat. Tit. XVI, §. 3. init.

§. 122. Conf. supra Commentar. I. §. §. 190. et 192.

§. 123. *Item — — — constiterit institutio.* pr. I. de exheredat. liber. Conf. Epitome, II, 3. pr. et §. 1. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 16.

en tutela hace testamento, necesita de la autorizacion de sus tutores, en razon á que sin ella su testamento será por derecho civil nulo.

§. 119. Sin embargo, si el testamento está firmado por siete testigos, el pretor ofrece la herencia á los herederos inscriptos en las tablas del testamento; y si no se presenta ningun heredero legítimo, tal como un hermano nacido del mismo padre, un tio paterno ó el hijo de un hermano, los herederos inscriptos podrán conservar la herencia. Lo mismo sucede si el testamento no es válido por cualquiera otra causa, v. gr., porque no se haya hecho la venta de la familia, ó el testador no haya pronunciado las palabras de la nuncupacion.

§. 120. Veamos ahora si aun en el caso de existir un hermano ó un tio paterno, deben ser preferidos á los herederos inscriptos, siendo así que, segun un rescripto del emperador Antonino, todos aquellos que han pedido la posesion de los bienes en virtud de un testamento hecho sin las formalidades legales, pueden rechazar por escepcion de dolo la demanda de los herederos legítimos.

§. 121. No hay duda en que esta disposicion se aplica á los testamentos hechos por hombres, y aun deberá aplicarse á las mujeres que hayan testado inútilmente por faltar la venta de la familia ó las solemnes palabras de la nuncupacion; pero ya veremos si tal disposicion debe comprender igualmente los testamentos de las mujeres hechos sin autorizacion del tutor.

§. 122. Hablamos aquí no de las mujeres que están sometidas á la tutela legítima de sus ascendientes ó patronos, sino de aquellas que están bajo otra especie de tutela, y cuyos tutores pueden ser obligados aun contra su voluntad á prestar su autorizacion, pues en otro caso claro es que ni el ascendiente ni el patrono pueden ser escluidos de la sucesion por un testamento que ellos no hayan autorizado.

TITULO V.

De la desheredacion de los descendientes.

§. 123. Aquel que tiene un hijo bajo su potestad, debe instituirlo heredero ó desheredarlo nominalmente; porque si lo pasase en silencio, sería el testamento tan inútil, que, segun la opinion de nuestros maestros, nadie podria por él llegar á ser heredero, aunque el hijo muriese en vida del padre, pues la institucion sería nula desde su orígen. Sin embargo, los autores de la escuela contraria, si bien reconocen que si el hijo sobrevive al padre lo hereda abintestato é impide que adquieran la sucesion los herederos inscriptos, sostienen que si la muerte del hijo acontece antes que la del padre, pueden adir la herencia los herederos testamentarios sin ningun impedimento, en razon á que, segun

(*non*) statim ab initio inutiliter fieri testamentum filio praeterito. §. 124. Ceteras uero liberorum personas si praeterierit testator, ualet testamentum. praeteritate istae personae scriptis heredibus in partem ad*crescunt: si sui instituti sint, in uirilem*; si extranei in dimidiam. id est, si quis tres uerbi gratia filios heredes instituerit, et filiam praeterierit, filia adcrescendo pro quarta parte fit heres ********** habitura esset. at si extraneos ille heredes instituerit, et filiam praeterierit, filia adcrescendo ex dimidia parte fit heres. quae de filia diximus, eadem *et* de nepote deque omnibus liberorum personis, siue masculini, *siue* feminini sexus, dicta intellegemus. §. 125. Quid ergo est? licet ** secundum e*a, quae* diximus, scriptis heredibus dimidiam partem ta*ntum* detrahant, tamen Praetor eis contra tabulas bonorum possessionem promittit: qua ratione extranei heredes a tota hereditate repelluntur ********** bonorum possessio ********** etiam masculus interesset. §. 126. Set nuper Imperator Antoninus significauit rescripto suo, non plus nanci*s*ci feminas per bonorum possessionem, quam quod iure adcrescendi consequerentur. quod in emancipatis *feminis similiter optinet, scilicet ut quod* adcrescendi iure habiturae essent *si* su*ae* fuissent, id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant. §. 127. Sed si qui*dem* filius a patre exheredetur, nominatim ********** potest exheredari. nominatim autem exheredari uidetur, siue ita exheredetur: *TITIVS FILIVS MEVS EXHERES ESTO, *siue ita*: FILIVS MEVS* EXHERES ESTO, non adiecto proprio nomine. §. 128. **Masculorum cete*rorum personae, uel feminini sexus ********** ********** *institutione*m heredum adiici sole*nt*. sed ********. §. 129. Nam praetor omnes uirilis sexus tam *filios, quam ceteros*, id est nepotes quoque et pro*nepotes* ********** §. 130. Postumi quoque liberi *ue*l heredes institui debent, vel* exheredari. §. 131. Et **in eo par omnium condicio est, quod et filio postumo et quolibet ex ceteris liberis, siue feminini sexus, siue masculini, praeterito, ualet quidem testamentum, sed*

§. 124. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 17. Epitome, II, 3, cit. §. 1. cit. pr. I. de exheredat. liberor. ibique Theophilus. Lex Rom. Burgund. Tit. LXV. (Schult. XLIV.) Paulus, Sent. recep. III, 4. b., §. 8.

§. 126. Conf. L. 4. C. de liber. praeterit. (Iustinian.) Theophilus, II, 13, §. 3.

§. 127. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 20. *nominatim autem* etc. cit. pr. I. de exheredat. liber.

§. 128. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 20. cit. pr. I. de exheredat. liber.

§. 129. Conf. infra §. 135.

§. §. 130—132. §. 1. I. de exheredat. liber. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. §. 18. 21. 22. Epitome, II, 3, §. 2.

ellos, la preterícion del hijo no invalida el testamento desde su orígen.

§. 124. Por el contrario, si el testador hubiese preterido á sus otros descendientes, es válido el testamento, y en este caso las personas preteridas tienen derecho á una porcion determinada de la herencia, conviene á saber: á una parte igual á la de los demás herederos instituidos, si estos son herederos *suyos*, y á la mitad de la herencia si son estraños: así por ejemplo, si uno instituye herederos á sus tres hijos y pasa en silencio á su hija, esta adquiere por el derecho de acrecer la cuarta parte de la herencia.....; pero si el testador ha instituido herederos estraños, la hija preterida tiene derecho á la mitad. Estas disposiciones relativas á la hija se aplican tambien al nieto y demas descendientes así varones como hembras.

§. 125.... aunque como acabamos de decir (*los descendientes preteridos*) solo privan á los herederos estraños de la mitad de la herencia por el derecho que tienen de acrecer, el pretor sin embargo les ofrece la posesion de los bienes *contra tabulas* (contra las disposiciones contenidas en el testamento) y de consiguiente los herederos estraños pierden toda la herencia. . . . . la posesion de los bienes. . . . . .

§. 126. Sin embargo, el emperador Antonino ha decidido recientemente por un rescripto que las mujeres no puedan adquirir por la posesion de bienes mas de lo que les correspondería por el derecho de acrecer. Esta disposicion comprende igualmente á las mujeres mancipadas, las que solo reciben por la posesion de bienes lo que acrecerían si fuesen herederos *suyos*.

§. 127. Cuando un hijo es desheredado por su padre, debe serlo nominalmente. Se deshereda nominalmente de este modo: MI HIJO TICIO SEA DESHEREDADO, Ó ASÍ: MI HIJO SEA DESHEREDADO, sin añadir el nombre propio.

§. 128. Las demas personas de ambos sexos. . . . . .

§. 129. En efecto, el pretor no solamente á todos los hijos varones, sino tambien á los nietos y los biznietos. . . . . .

§. 130. Tambien los hijos póstumos deben ser instituidos herederos ó desheredados.

§. 131. Decimos que la condicion de todos es igual, en el sentido de que, á pesar de la preterícion del hijo póstumo ó de cualquiera otro de los descendientes sean varones ó hembras, es válido el testamento; si bien se rompe despues por la agna-

postea agnatione postumi siue postumae rumpitur, et ea ratione totum infirmatur. ideoque si mulier, ex qua postumus aut postuma sperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam. §. 132. *Sed feminini quidem sexus postumae uel nominatim, uel inter ceteros exheredari solent, dum tamen si inter ceteros exheredentur, aliquid eis legetur, ne videantur praeteritae esse per obliuionem. masculos uero postumos, id est, filium et deineeps, placuit non aliter recte exheredari, nisi nominatim exheredentur, hoc scilicet modo:* QVICVMQVE MIHI FILIVS GENITUS FVERIT, EXHERES ESTO. §. 133. *Postumorum loco sunt et hi, qui in sui heredis locum succedendo, quasi agnascendo fiunt parentibus sui heredes. ut ecce si filium et ex eo nepotem neptemue in potestate habeam, quia filius gradu praecedit, is solus iura sui heredis habet, quamuis nepos quoque et neptis ex eo in eadem potestate sint: sed si filius meus me uiuo moriatur, aut qualibet ratione exeat de potestate mea, incipit nepos neptisue in eius locum succedere; et eo modo iura suorum heredum quasi agnatione nanciscuntur.* §. 134. *Ne ergo eo modo rumpatur mihi testamentum, sicut ipsum filium uel heredem instituere, uel exheredare nominatim debeo, ne non iure faciam testamentum, ita et nepotem neptemue ex eo necesse est mihi uel heredem instituere, uel exheredare, ne forte, me uiuo filio mortuo; succedendo in locum eius nepos neptisue** quasi agnatione rompat test**amentum: idque lege Iunia Velleia prouisum est**. — — — — — ********* uirilis sexus nominatim, feminini uel nominatim, uel inter ceteros exheredentur, dum tamen iis, qui inter ceteros exheredantur, **aliquid legetur.* §. 135. *E**mancipatos liber*os i**ure ciuili neque heredes instituere, neque exheredare necesse est, quia** non sunt sui heredes. sed Praetor omnes tam feminini, quam masculini sexus, si heredes non instituantur, exheredari iubet, uirilis sexus **nominatim, feminini** uero inter ceteros. *qui* si neque heredes instituti fuerint, neque **ita**, ut supra diximus, exheredati, Praetor promittit eis contra tabulas bonorum possessionem ********** ********** ——— ——— ——— ——— ——— ********** ********* §. 136. *Adoptiui*, quamdiu tenentur in adoptione, naturalium loco sunt. emancipati uero (*a*) patre adoptiuo neque iure ciuili, neque quod ad edictum Praetoris pertinet*, *inter liberos*

§. 133. L. 13. de injust. rupt. irrit. fact. testam. inscripta: Gajus Libro II. Institutionum. §. 2. I. de exheredat. liber. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 3.

§. 134. *Ne — — — prouisum est.* cit. L. 13. de injust. cit. §. 2. I. de exheredat. liber. *uirilis sexus* etc. Conf. cit. §. 2. I. item supra §. 132.

§. 135. §. 3. I. de exheredat. liber. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 23. Item supra §. 120.

§. 136. *Adoptiui* etc. Conf. §. 4. I. de exheredat. liber. *emancipati uero* etc. cit. §. 4. I.

cion del póstumo ó póstuma, y queda por lo mismo enteramente invalidado. Por consiguiente en el caso de abortar la mujer, de quien se esperaba un póstumo, varon ó hembra, pueden adir la herencia sin ningun impedimento los herederos testamentarios.

§. 132. Los póstumos del sexo femenino pueden ser desheredados nominal ó colectivamente, con tal que en este último caso se les deje algun legado, para que no parezca que se debe á olvido la pretericion. En cuanto á los póstumos varones, es decir, el hijo y demas ascendientes, no se consideran desheredados sino cuando lo son nominalmente, á saber, de esta manera: CUALQUIERA HIJO QUE ME NAZCA, SEA DESHEREDADO.

§. 133. Se consideran tambien como póstumos aquellos que sucediendo en lugar de un heredero *suyo*, llegan á ser por cuasi-agnacion herederos *suyos* de sus ascendientes: por ejemplo, si un hijo y un nieto ó nieta procedentes de él están bajo mi potestad, como quiera que mi hijo se halla mas cercano á mí en grado, á él solo le corresponden los derechos de heredero *suyo*, por mas que su hijo y su hija se encuentren tambien bajo mi potestad; pero si mi hijo muere viviendo yo, ó sale de la patria potestad por cualquier causa, entonces mi nieto y mi nieta suceden en su lugar y adquieren de este modo por cuasi-agnacion los derechos de herederos *suyos*.

§. 134. Y á fin de evitar que en este caso se rompa mi testamento, así como debo instituir heredero ó desheredar nominalmente á mi hijo para no hacer un testamento ilegal, así tambien debo instituir ó desheredar á mi nieto ó nieta, no sea que muriendo mi hijo en vida mia y tomando su hijo ó hija el lugar suyo, se rompa mi testamento por cuasi-agnacion. Así lo ha prevenido la ley Junia Veleya. . . . . los hijos varones deben ser desheredados nominalmente y las hembras nominal ó colectivamente, con tal que en este último caso se les deje algun legado.

§. 135. Por derecho civil no hay obligacion de instituir herederos ó desheredar á los hijos mancipados, porque estos no son herederos *suyos*; pero el pretor ha mandado que si no se les instituye, hayan de ser desheredados nominalmente los varones y colectivamente las hembras; y si no han sido instituidos herederos ni desheredados de la manera susodicha, el pretor les concede la posesion de bienes contra lo dispuesto en el testamento. . . . . .

§. 136. Los hijos adoptivos ocupan el lugar de los naturales mientras que se tienen en adopcion; pero una vez mancipados por el padre adoptivo, ya no se cuentan entre los hijos ni por el derecho civil ni por el edicto del pretor.

*numerantur**. §. 137. Qua ratione accidit, ut ex diuerso, quod ad naturalem parentem pertinet, quamdiu quidem sint in adoptiua familia, extraneorum numero habeantur: **cum uero emancipati* fuerint **ab adoptiuo patre, tunc incipiant** in ea causa esse, qua futuri essent, si ab ipso naturali patre (*emancipati*) fuissent.

§. 138. Si quis post factum testamentum adoptauerit sibi filium aut per populum eum, qui sui iuris est, aut per Praetorem eum, qui in potestate parentis fuerit, omnimodo testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis. §. 139. Idem iuris est si cui post factum testamentum uxor in manum conueniat, uel quae in manu fuit, nubat: nam eo modo filiae loco esse incipit, et quasi sua *est*. §. 140. Nec prodest siue haec, siue ille, qui adoptatus est, in eo testamento sit institutus institaue. nam de exheredatione eius superuacuum uidetur quaerere, cum testamenti faciundi tempore suorum heredum numero non fuerit. §. 141. Filius quoque, qui ex prima secundaue mancipatione manumittur, quia reuertitur in potestatem patriam, rumpit ante factum testamentum. nec prodest si in eo testamento heres institutus, uel exheredatus fuerint. §. 142. Simile ius olim fuit in eius persona, cuius nomine ex senatusconsulto erroris causa probatur, quia forte ex peregrina uel Latina, quae per errorem quasi ciuis Romana uxor ducta esset, natus esset. nam siue heres institutus esset a parente, siue exheredatus, siue uiuo patre causa probata, siue post mortem eius, omnimodo quasi agnatione rumpebat testamentum. §. 143. Nunc uero ex nouo senatusconsulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, siquidem uiuo patre causa probatur, aeque ut olim omnimodo rumpit testamentum: si uero post mortem patris, praeteritus quidem rumpit testamentum, si uero heres in eo scriptus est, uel exheredatus, non rumpit testamentum ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur *eo tempore*, *quo* renouari non possent. §. 144. Posteriore quoque testamento, quod iure factum *est*, superius rumpitur. nec interest, an extiterit aliquis ex eo heres, an non extiterit: hoc enim solum spectatur, an existere potue-

§. 137. cit. §. 4. I.

§. 138. §. 1. I. quib. mod. testam. infirm. Conf. Epitome, II, 5, §. 3. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 3.

§. 139. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII, cit. §. 3. item supra Commentar. I. §. 114. et loci ibi allegati.

§. 140. Conf. Tryphoninus, L. 28. §. 1. de liber. et postum. *Nec — — institutaue.* Conf. Cervid. Scaevola. L. 18. de injusto. Papinianus, L. 23. §. 1. de liber. et postum. *nam de exheredatione* etc. Conf. Vlpianus, L. 8. §. §. 7. 8. de b. p. contra tab. Papinianus, L. 23. pr. de liber. et postum. Paulus, L. 132. pr. de verb. obligat.

§. 141. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 3. et L. 8. §. 1. de injusto. item supra Commentar. I. §. 132. infra Commentar. III. §. 6.

§. 142. Conf. supra Commentar. I. §. 67. infra Commentar. III. §. 5.

§. 144. §. 2. I. quib. mod. test. infirm. Conf. Epitome, II. 3. §. 4. Vlpianus, Fragm. XXIII. §. 2. *aut propter caelibatum ex lege Iulia summotus fuerit ab hereditate.* Conf. supra §. 111. infra §. 286.

§. 137. Se sigue de aquí en sentido inverso que los hijos son considerados como estraños respecto del padre natural en tanto que se hallan en la familia adoptiva; pero al punto que son mancipados por el padre adoptivo, entran en la misma condicion que tendrían si hubiesen sido mancipados por el padre natural.

TITULO VI.

De qué modos se invalidan los testamentos.

§. 138. Si despues de haber hecho testamento, se adopta por hijo ante el pueblo á una persona independiente (*sui juris*), ó ante el pretor á un hijo sometido á la patria potestad, desde luego el testamento queda del todo roto por la cuasi-agnacion de un heredero *suyo*.

§. 139. Esto mismo sucede tambien cuando despues de haber hecho testamento, se recibe *in manu* á la mujer propia, ó bien cuando nos casamos con la que está sometida á nuestro poder (*manus*), porque en este caso la mujer toma el lugar de hija y se asemeja á un heredero *suyo*.

§. 140. Y no deja de romperse el testamento, aun cuando se instituya heredero al adoptado ó á la mujer que está sometida al poder; siendo por otra parte inútil averiguar si están desheredados, toda vez que al tiempo de hacerse el testamento no eran herederos *suyos*.

§. 141. El hijo manumitido de una primera ó segunda mancipacion rompe asimismo el testamento hecho con anterioridad, por cuanto vuelve á la potestad del padre, y nada importa que en el mismo testamento esté instituido heredero ó desheredado.

§. 142. En otro tiempo regia igual disposicion respecto de aquel en cuyo nombre se probaba, segun el senadoconsulto, la causa de error por haber nacido, v. gr., de una extranjera ó de una Latina casada equivocadamente como ciudadana romana, pues ya fuese instituido heredero ó desheredado por su padre, ya se hubiese hecho la prueba de error antes ó despues de la muerte de éste, siempre rompia el testamento por cuasi-agnacion.

§. 143. Pero hoy dia, segun un senadoconsulto reciente sancionado por el del emperador Adriano, se rompe el testamento como en otro tiempo, cuando se prueba el error en vida del padre; pero si la prueba no se practica hasta despues de su muerte, el hijo no rompe el testamento á menos que no se haya hecho mencion de él, y de ninguna manera si ha sido instituido heredero ó desheredado formalmente, pues no debe rescindirse un testamento hecho cuidadosamente, cuando ya no es posible su renovacion.

§. 144. Un testamento posterior hecho conforme á derecho rompe siempre el anterior. En este caso no importa que exista ó no heredero á virtud del último testamento, debiendo solo te-

rit. ideoque si quis ex posteriore testamento, quod iure factum est, aut noluerit heres esse, aut uiuo testatore, aut post mortem eius, antequam hereditatem adiret, decesserit, aut per *cretionem* exclusus fuerit, aut condicione, sub qua heres institutus est, defectus sit, aut propter caelibatum ex lege Iulia summotus fuerit ab hereditate: *in his* casibus paterfamilias intestatus moritur. nam et prius testamentum non ualet, ruptum a posteriore; et posterius aeque nullas uires habet, cum ex eo nemo heres extiterit. §. 145. Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur: uelut (*cum*) is, qui fecerit testamentum, capite deminutus sit; quod quibus modis accidat, primo commentario relatum est. §. 146. Hoc autem casu *in*rita fieri testamenta dicemus, cum alioquin et quae rumpuntur, inrita fiant (*et quae statim ab initio non iure fiunt, inrita sint. sed et ea, quae iure facta sunt, et postea propter capitis deminutionem inrita fiunt*), possunt nihilominus rupta dici. sed quia sane commodius erat, singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quaedam non iure fieri dicuntur, quaedam iure facta rumpi, uel inrita fieri.

§. 147. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quae uel ab initio non iure facta sunt, uel iure facta postea inrita facta, aut rupta sunt. nam si septem testium signis signata sint testamenta, potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere: si modo defunctus testator et ciuis Romanus et suae potestatis mortis tempore fuerit. nam si ideo inritum fit testamentum, quod postea ciuitatem, uel etiam libertatem testator amisit, aut is in adoptionem se dedit, **et** mortis tempore in adoptiui patris potestate fuit, non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere. §. 148. (*Qui autem*) secundum tabulas testamenti, quae aut statim ab initio non iure factae sint, aut iure factae postea *r*uptae, uel inritae erunt, bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt hereditatem optinere, habebunt bonorum possessionem cum re: si uero ab iis auocari hereditas potest, habebunt bonorum possessionem sine re. §. 149. Nam si quis heres iure ciuili institutus sit uel ex primo, uel ex posteriore testamento, uel ab intestato iure legitimo heres sit, is potest ab iis hereditatem auocare: si uero nemo sit alius iure ciuili heres, ipsi retinere hereditatem possunt ***** *** iudicium aduersus eos habent ******************* ——————— ——————— ——————— ****************** legitimus

§. 145. §. 4. I. quib. mod. test. infirm. Conf. Epitome, II, 3, §. 5. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 4. *primo commentario relatum est.* Vid. ibi §. 159. sq.

§. 146. cit. §. 4. I. quib. mod. test. infirm.

§. 147. §. 5. I. quib. mod. test. infirm. Conf. Vlpianus, Fragm. XXVIII, §. 6. et. XXIII, §. 6. item supra §. 119.

§. 148. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII, cit. §. 6. XXVIII, §. 13. item infra Commentar. III. §. 35. sq.

§. 149. Conf. supra. §. §. 119. 120.

nerse presente si ha podido haberlo. De consiguiente si alguno instituido heredero por un testamento posterior hecho conforme á derecho rehusare serlo; si falleciere en vida del testador ó despues de su muerte antes de adir la herencia; si fuere escluido por la *crecion*; si la condicion bajo la cual ha sido instituido heredero no se cumpliere, ó si en virtud de la ley Julia fuere escluido de la sucesion por causa de celibato; en todos estos casos muere intestado el padre de familia, pues el primer testamento queda invalidado á causa de haberse roto por el segundo, y este queda igualmente sin fuerza por no existir heredero.

§. 145. Tambien se invalidan los testamentos hechos conforme á derecho por otro motivo, á saber: por la *capitis diminucion* del testador. Ya se ha referido en el primer comentario por qué diferentes modos sucede esto.

§. 146. En tal caso se dice el testamento *irrito*, aunque por otra parte sean tambien irritos aquellos que se han roto y aun los hechos desde un principio contra lo prevenido por las leyes; pudiéndose llamar de la misma manera rotos los que se han hecho irritos por la *capitis diminucion*; pero como es mas conveniente distinguir á cada cosa por su nombre particular, se dice que ciertos testamentos no están hechos conforme á derecho, que otros, hechos legalmente, se rompen y que otros se hacen irritos.

§. 147. No son del todo inútiles los testamentos hechos desde un principio sin las formalidades legales, ni los que reuniendo estas han sido despues rotos ó irritos; pues si están autorizados con la firma de siete testigos, desde luego el heredero inscrito puede pedir al pretor la posesion de bienes *secundum tabulas* (conforme á las disposiciones del testamento), con tal que el testador sea ciudadano romano y padre de familia al tiempo de su muerte. Al contrario, si el testamento se ha hecho irrito ya por haber perdido el testador posteriormente la ciudadanía ó la libertad, ó ya por haberse dado en adopcion y estar aun en el momento de su muerte bajo la potestad del padre adoptivo, el heredero instituido no podrá pedir la posesion de bienes *secundum tabulas*.

§. 148. Los que reciben la posesion de bienes *secundum tabulas*, bien en virtud de un testamento hecho desde el principio contra lo prevenido en las leyes, ó que, aun cuando formado con todos los requisitos legales, ha sido despues roto ó irrito, consiguen una posesion de bienes efectiva (*cum re*) siempre que les sea dado obtener la herencia; pero si pueden ser privados de ella, solo lograrán una posesion de bienes ilusoria (*sine re*).

§. 149. En efecto, el heredero instituido segun el derecho civil por un testamento anterior ó posterior y el heredero legítimo *abintestato* pueden quitarles la herencia; pero no existiendo ningun heredero por derecho civil, les es permitido conservarla. . . . . ó porque el testador no

********** ********** habentur ********** factum sit aut quod familia non uenierit, aut nuncupationis uerba testator locutus non sit.

*** ——— ——— ——— ——— possessores ***** olim **********. §. 150. lege bona caduca fiunt et ad populum deferri iubentur, si defuncto nemo *successor extiterit*. §. 151. Potest, ut iure facta testamenta ********** * infirmentur. apparet * posse ********** ********** testator ********** ********** eius ********** ********** iure ciuili ualeat qui ********** tabulas testamenti ********** ——— ——— ——— ——— ** quidem *** si quis ab intestato bonorum possessionem petierit **** ——— ——— ——— ——— perueniat hereditas. et hoc ita rescripto Imperatoris Antonini significatur.

§. 152. Heredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui et necessarii, aut extranei. §. 153. Necessarius heres est seruus cum libertate heres institutus; ideo sic appellatus, quia siue uelit, siue nolit, omnimodo post mortem testatoris protinus liber et heres est. §. 154. Vnde qui facultates suas suspectas habet, solet seruum primo, aut secundo, uel etiam ulteriore gradu liberum et heredem instituere, ut si creditoribus satis non fiat, potius huius heredis, quam ipsius testatoris bona ueneant, id est, ut ignominia, quae accedit ex uenditione bonorum, hunc potius heredem, quam ipsum testatorem contigant. quamquam aput Fufidium Sabino placeat, eximendum eum esse ignominia, quia non suo uitio, sed necessitate iuris bonorum uenditionem pateretur: sed alio iure utimur. §. 155. Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum praestatur, ut ea, quae post mortem patroni sibi adquisierit, siue ante bonorum uenditionem, siue postea, ipsi reseruentur. et quamuis propter contractionem bona uenierint, iterum ex hereditaria causa bona eius non uenient, nisi si quid ei ex hereditaria causa fuerit adquisitum, uelut si (*ex eo, quod*) Latinus adquisierit, locupletior factus sit: cum ceterorum hominum, quorum bona uenierint, pro (*residua*) portione, si quid postea adquirant, etiam saepius bona ueniri soleant.

§. 150. Conf. Vlpianus, Fragm. XXVIII, §. 7. Iulianus, L. 96. §. 1. de legat. 1.

§. 152. pr. I. de hered. qual. et differ. Conf. Epitome, II, 3, §. 6.

§. 153. §. 1. I. de hered. qual. et differ. Conf. Epitome, II, 3, §. 6. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 24.

§. 154. *Vnde — — — bona ueneant.* cit. §. 1. I. de hered. qual. et differ. Conf. Epitome, II, 3, §. 6. *id est, ut ignominia— —contingat.* Conf. Epitome, loc. cit.

§. 155. *Pro— — — reseruentur.* cit. §. 1. I. de hered. qual. et differ. *et quamuis* etc. Conf. cit. §. 1. I.

vendiere la familia ó no pronunciare las palabras de la nuncupacion. . . . . .

(*Fere decem lineæ desunt.*)

§. 150. . . . . por la ley caducan los bienes, y son deferidos al pueblo romano siempre que el difunto no deje ningun sucesor.

§. 151. . . . . .

(*Fere novem lineæ desunt.*)

. . . . . si alguno pidiere la posesion de los bienes de un intestado. . . . . así resulta de un rescripto del emperador Antonino.

TITULO VII.

De la diferencia y cualidades de los herederos.

§. 152. Los herederos son ó necesarios ó *suyos* y necesarios ó estraños.

§. 153. Es heredero necesario el esclavo á quien se instituye heredero dándole la libertad: se llama así, porque á la muerte del testador tiene que ser heredero y libre, quiera ó no quiera.

§. 154. Así es que el testador que duda si podrá satisfacer ó no sus deudas, instituye ordinariamente á su esclavo heredero en primero, segundo y hasta en último grado, concediéndole al mismo tiempo la libertad, para que en el caso de no poder pagar á sus acreedores, estos vendan mas bien los bienes del heredero que los suyos, es decir, á fin de que la ignominia que resulta de esta venta, recaiga mas bien sobre el heredero que sobre el testador; aunque segun Fufidio, no sea de esta opinion Sabino. Este autor piensa que el deshonor no debe afectar al heredero, puesto que no por culpa suya sino por una necesidad de la ley sufre la venta de sus bienes; pero nosotros seguimos en la práctica otro principio.

§. 155. En compensacion de este perjuicio se le concede la ventaja de conservar los bienes adquiridos por él despues de la muerte del patrono, sea antes de la venta, sea despues; y á pesar de que se vendan los bienes del difunto por insolvencia, los suyos no son comprendidos en la venta sino en el caso de que provengan de la herencia misma, por ejemplo, si un liberto Latino se ha hecho mas rico con aquello que haya adquirido; siendo así que en las otras ventas de bienes por deudas se venden por lo comun aun los adquiridos despues por el deudor hasta cubrir el resto de la deuda.

§. 156. Sui autem et necessarii heredes sunt uelut filius filiaue, nepos neptisue ex filio, deinceps ceteri, qui modo in potestate morientis fuerunt. sed uti nepos neptisue suus heres sit, non sufficit, eum (*eamue*) in potestate aui mortis tempore fuisse, sed opus est, ut pater quoque eius, uiuo patre suo, desierit suus heres esse, aut morte interceptus, aut qualibet ratione liberatus potestate: tum enim nepos neptisue in locum sui patris succedunt. §. 157. Sed sui quidem heredes ideo appellantur quia domestici heredes sunt, et uiuo quoque parente quoda*m*modo domini existimantur: unde etiam si quis intestatus mortuus sit, prima causa est in successione liberorum. necessarii uero ideo dicuntur, quia omnimodo, (*siue*) uelint (*si*)ue (*nolint*, *tam*) ab intestato, quam ex testamento heredes fiunt. §. 158 Sed his Praetor permittit, abstinere se ab hereditate, ut potius parentis bona ueneant. §. 159. Idem iuris est et (*in*) uxoris persona, quae in manu est, quia filiae loco est; et in nurus, quae in manu filii est, quia neptis loco est. §. 160. Quin similiter abstinendi postestatem facit Praetor etiam mancipato, id est, ei, qui in causa mancipii est, cum liber et heres institutus sit; cum necessarius, non etiam suus heres sit, tamquam seruus. §. 161. Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes appellantur. itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti sicut extranei uidentur. qua de causa et qui a matre heredes instituuntur, eodem numero sunt, quia feminae liberos in potestate non habent. serui quoque, qui liberi et heredes instituti sunt et postea a domino manumissi, eodem numero habentur. §. 162. Extraneis autem heredibus deliberandi potestas data est de adeunda hereditate, uel non adeunda. §. 163. Sed siue is, cui abstinendi potestas est, inmiscuerit se bonis hereditariis, siue is, cui de adeunda (*hereditate*) deliberare licet, adierit, postea relinquendae hereditatis facultatem non habet, nisi si minor sit annorum XXV. nam hujus aetatis hominibus, sicut in ceteris omnibus causis, deceptis, ita etiam si temere damnosa*m* here-

§. 156. §. 2. I. de hered. qual. et differ. Conf. infra Commentar. III. §. 2. *Sui — — fuerunt*. Conf. Epitome, II, 3, cit. §. 6. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 24.

§. 157. cit. §. 2. I. de hered. qual. et differ.

§. 158. cit. §. 2. I. de hered. qual. et differ. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 24.

§. 159. Conf. infra Commentar. III. §. 3. et supra huj. Commentar. §. 139.

§. 160. Conf. supra Commentar. I. §. §. 123. et 138.

§. 161. §. 3. I. de hered. qual. et differ. Conf. Epitome, II, 3. cit. §. 6.

§. §. 162. 163. §. 5. I. de hered. qual. et differ.

§. 156. Son herederos *suyos y necesarios* el hijo, la hija, el nieto y nieta por línea de varon y los demas descendientes, con tal que se hallen bajo la potestad del difunto al tiempo de su muerte. Pero para que el nieto ó la nieta lleguen á ser herederos *suyos*, no es suficiente que estén bajo la potestad del abuelo en la época de su fallecimiento; siendo indispensable que el padre deje de ser heredero *suyo* en vida del abuelo, ya por muerte ó ya saliendo por cualquier otro medio de la patria potestad: solo entonces el nieto ó la nieta toman en la sucesion el lugar de su padre.

§. 157. Tambien los herederos se llaman *suyos*, porque son herederos domésticos, y porque aun viviendo el padre, se consideran en cierto modo propietarios. De aquí es que cuando ocurre la muerte abintestato, los hijos ocupan el primer lugar en la sucesion. Se les llama necesarios, porque de todos modos, quieran ó no quieran, y sea por testamento ó *abintestato*, tienen que ser herederos.

§. 158. El pretor, sin embargo, les permite rehusar la herencia, á fin de que los bienes que sean vendidos por los acreedores, pertenezcan mas bien al padre que á los hijos.

§. 159. Semejante disposicion tambien se aplica á nuestra propia mujer, cuando la tenemos sometida al poder, porque ocupa el lugar de nuestra hija; y á nuestra nuera siempre que esté bajo el poder de nuestro hijo, porque entonces la tenemos en lugar de nieta.

§. 160. Es mas, el pretor concede tambien la facultad de abstenerse de la herencia aun al hijo mancipado, es decir, dado en *mancipio*, cuando ha sido instituido libre y heredero, porque entonces no es heredero *suyo* sino necesario como un esclavo.

§. 161. Los otros herederos no sometidos á la dependencia del testador, se llaman herederos estraños. Así es que nuestros propios descendientes, cuando no están sometidos á nuestra potestad y los instituimos herederos, se consideran como herederos estraños. Y por la misma razon los hijos instituidos herederos por su madre, se colocan en la misma clase, pues que las hembras no ejercen ninguna potestad sobre sus hijos; contándose tambien en el mismo número los esclavos que instituidos herederos y libres, son manumitidos despues de hecho el testamento.

§. 162. Se ha concedido á los herederos estraños la facultad de deliberar sobre si han de adir ó no la herencia.

§. 163. Pero si aquel á quien se ha concedido la facultad de abstenerse, se mezclare en los bienes de la herencia, ó aquel á quien se permite deliberar, llegase á adirla, entonces no está ya en su mano abandonarla, á no ser que sea menor de veinte y cinco años; porque el pretor presta á los menores, cuando se han hecho cargo de una herencia onerosa, el mismo auxilio

ditatem susceperint, Praetor succurrit. scio quidem, diuum Hadrianum etiam maiori XXV annorum ueniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande aes alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, apparuisset.

§. 164. Extraneis heredibus solet cretio dari, id est, finis deliberandi, ut intra certum tempus uel adeant hereditatem, uel si non adeant, temporis fine summoueantur. ideo autem cretio appellata est, quia cernere est quasi decernere et constituere. §. 165. Cum ergo ita scriptum sit: HERES TITIVS ESTO, adiicere debemus: CENITOQVE IN CENTVM DIEBVS PROXVMIS, QVIBVS SCIES POTERISQVE. QVODNI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. §. 166. Et qui ita heres institutus est, si uelit heres esse, debebit intra diem cretionis cernere, id est, haec uerba dicere: QVOD ME PVBLIVS TITIVS TESTAMENTO SVO HEREDEM INSTITVIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE. Quodsi ita non creuerit, finito tempore cretionis excluditur: nec quidquam proficit si pro herede gerat, id est, si rebus hereditariis tamquam heres utatur. §. 167. At is, qui sine cretione heres institutus sit, aut qui ab intestato legitimo iure ad hereditatem uocatur, potest aut cernendo, aut pro herede gerendo, uel etiam nuda uoluntate suscipiendae hereditatis heres fieri: eique liberum est, quocumque tempore uoluerit, adire hereditatem. solet (*tamen*) Praetor postulantibus hereditariis creditoribus tempus constituere, intra quod si uelint adeant hereditatem: si minus, ut liceat creditoribus bona defuncti uendere. §. 168. Si quis autem cum cretione heres institutus est, (*sicut*) nisi creuerit hereditatem, non fit heres; ita non aliter excluditur, quam si non creuerit intra id tempus, quo cretio finita sit. itaque licet ante diem cretionis constituerit, hereditatem non adire, tamen paenitencia actus, superante die cretionis, cernendo heres esse potest. §. 169. At hic, qui sine cretione heres institutus est, quique ab intestato per legem uocatur, sicut uoluntate nuda heres fit, ita et contraria destinatione statim ab hereditate repellitur. §. 170. Omnis autem cretio certo tempore constringitur. in quam rem tolerabile tempus uisum est centum dierum. potest tamen nihilominus iure ciuili aut

§. 164. Conf. Isidorus, Origin. Lib. V, cap. 24. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 27.

§. 165. CERNITOQVE — — ESTO. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 27. Conf. infra §. §. 171. et 174. item Cicero, de Orat. Lib. I, cap. 22.

§. 166. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. §. 25. 28. 26. QVOD — — CERNOQVE. Idem eod. cit. §. 28. *pro herede gerat* etc. Conf. §. 7. I. de hered. qual. et differ.

§. 167. *At — — — heres fieri.* Conf. cit. §. 7. I. de hered. qual. et differ. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 25.

§. 168. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 30.

§. 169. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 29. cit. §. 7. I. de hered. qual. et differ.

§. 170. *aut breuius tempus dari.* Conf. Cicero, ad Attic. Lib. XIII, epist. 46.

que les dá siempre que sufren algun perjuicio. Además me consta que Adriano dispensó á un mayor de veinte y cinco años, á causa de haberse descubierto despues de adida la herencia grandes deudas que estaban ocultas al tiempo de la adicion.

§. 164. Se concede ordinariamente á los herederos estraños la crecion (*cretio*), es decir, cierto plazo para deliberar, á fin de que en un determinado espacio de tiempo se haga la adicion de la herencia, y no haciéndola, sean escluidos de la sucesion espirado el término, y se llama *crecion*, porque *cernere* es como examinar y decidir.

§. 165. Cuando se escribe así: SE TICIO MI HEREDERO, es preciso añadir: Y HAZ LA CRECION EN EL TERMINO DE CIEN DIAS A CONTAR DESDE AQUEL EN QUE TENGAS CONOCIMIENTO DE ESTA DISPOSICION Y PUEDAS PRACTICARLA: SI ASI NO LO HACES, QUEDAS DESHEREDADO.

§. 166. El heredero instituido de esta manera que quiera llegar á serlo, deberá hacer la crecion dentro del tiempo fijado, esto es, pronunciar las siguientes palabras: SUPUESTO QUE PUBLIO TICIO ME HA INSTITUIDO HEREDERO, YO HAGO LA ADICION Y CRECION DE ESTA HERENCIA: y si no hace la crecion de esta manera, es escluido de la herencia en cuanto acabe el tiempo prescrito, y nada le aprovechará que obre como heredero, es decir, que use y disponga como tal de las cosas hereditarias.

§. 167. Por lo que hace al heredero instituido sin crecion, ó llamado á una sucesion abintestato por derecho legítimo, puede llegar á ser heredero, ya haciendo la crecion, ya obrando como tal heredero, ya por la simple voluntad de tomar la herencia, la que además es libre de adir cuando y mejor le convenga. Sin embargo, el pretor por lo regular le fija á peticion de los acreedores un plazo de tiempo para hacer, si lo tiene á bien, la adicion de la herencia, pasado el cual, puedan aquellos vender los bienes del difunto, si no ha tenido lugar la adicion.

§. 168. Así como el heredero instituido con crecion no llega á ser heredero sino en tanto que la ha hecho, de la misma manera para ser escluido de la herencia es preciso que deje de hacerla dentro del término prefijado por el testador. De consiguiente, aun cuando hubiese asegurado antes de espirar el plazo que no aceptaba la herencia, muy bien puede llegar á ser heredero, si es que se arrepiente y hace la crecion antes de que concluya el tiempo señalado.

§. 169. Pero el heredero instituido sin crecion y el llamado por la ley á una sucesion *abintestato*, como quiera que son herederos por su mera voluntad, quedan escluidos de la herencia en cuanto manifiestan su intencion de no aceptarla.

§. 170. Toda crecion se limita á cierto tiempo: el plazo que ha parecido mas conveniente es el de cien dias. Sin embargo, conforme al derecho civil se puede acortar ó alargar el plazo fi-

longius, aut breuius tempus dari: longius tamen interdum Praetor coartat. §. 171. Et quamuis omnis cretio certis diebus constringatur, tamen alia cretio uulgaris uocatur, alia certorum dierum: uulgaris illa, quam supra exposuimus, id est, in qua dicuntur haec uerba: QVIBVS SCIET POTERITQVE; certorum dierum, in qua, detractis his uerbis, cetera scribuntur. §. 172. Quarum cretionum magna differentia est. nam uulgari cretione data, nulli dies computantur, nisi quibus scierit quisque, se heredem esse institutum, et possit cernere. certorum uero dierum cretione data, etiam nescienti se heredem institutum esse numerantur dies continui: item ei quoque, qui alicua ex causa cernere prohibetur, et eo amplius ei, qui sub condicione heres institutus est, tempus numeratur. unde melius et aptius est, uulgari cretione uti. §. 173. Continua haec cretio uocatur, quia continui dies numerantur. Sed quia tamen dura est haec cretio, altera magis in usu habetur; unde etiam uulgaris dicta est.

De substitutionibus. §. 174. Interdum duos pluresue gradus heredum facimus, hoc modo: LVCIVS TITIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS (CENTVM) PROXIMIS, QVIBVS SCIES POTERISQVE. QVODNI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. TVM MAEVIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM et reliqua. et deinceps in quantum uelimus, substituere possumus. §. 175. Et licet nouis uel unum in unius locum substituere pluresue; et contra in plurium locum uel unum, uel plures substituere. §. 176. Primo itaque gradu scriptus heres hereditatem cernendo fit heres, et substitutus excluditur: non cernendo summouetur etiamsi pro herede gerat, et in locum eius substitutus succedit. et deinceps si plures gradus sint, in singulis simili ratione idem contingit.

§. 171. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 31. *quam supra exposuimus* Vid. §. 165.

§. 172. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 32.

§. 173. *Continua haec cretio uocatur.* Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. §. 31. 32.

§. 174. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 33. pr. I. de vulg. substit. Epitome, II, 4. §. 1. TITIVS — — — *et reliqua.* Vlpianus, loc. cit.

§. 175. Conf. §. 1. I. de vulg. substit.

jado. El pretor, no obstante, suele á veces restringirlo cuando escede de los cien dias.

§. 171. Aunque siempre la crecion esté limitada á determinado tiempo, se distingue la crecion ordinaria de la de determinados dias. La crecion ordinaria es aquella de que acabamos de hablar, es decir, aquella en la que se añaden las siguientes palabras: A CONTAR DESDE EL DIA EN QUE CONOZCAS ESTA DISPOSICION Y PUEDAS PRACTICARLA; y por el contrario, la crecion de dias determinados es aquella en que se omiten dichas palabras.

§. 172. Existe entre estas dos creciones una notable diferencia, á saber: cuando la crecion concedida es la ordinaria, no se cuentan los dias sino desde el momento en que el heredero tenga noticia de que ha sido instituido y pueda hacer la crecion; pero cuando se trata de la crecion de dias determinados, se cuentan estos desde luego, aunque el heredero no haya tenido noticia de la disposicion que lo instituye. Esta manera de contar los dias se aplica tambien al heredero que por una causa cualquiera no ha podido hacer la crecion, y con mas razon todavía al heredero instituido bajo condicion. Por consiguiente la crecion ordinaria es la mas ventajosa.

§. 173. Llámase tambien continua la crecion de dias determinados, porque estos se cuentan sin interrupcion; pero como quiera que sea dura, el uso ha dado la preferencia á la otra que por lo mismo ha recibido el nombre de vulgar ú ordinaria.

TITULO VIII.

De las sustituciones.

DE LAS SUSTITUCIONES. §. 174. Algunas veces instituimos muchos grados de herederos, á saber, de la manera siguiente: LUCIO TICIO, SE MI HEREDERO Y HAZ LA CRECION DENTRO DE CIEN DIAS DE CÓMO SUPIERES ESTA DISPOSICION Y PUEDAS EJECUTARLA; Y SI NO LO HICIERES ASI, QUEDA DESHEREDADO: ENTONCES, MEVIO, SE MI HEREDERO Y HAZ LA CRECION DENTRO DE CIEN DIAS, etc. etc. De esta manera nos es lícito multiplicar las sustituciones cuanto lo tengamos por conveniente.

§. 175. Podemos dar un solo sustituto á muchos ó á un solo instituido, ó al contrario, un solo sustituto á muchos instituidos ó sustitutos.

§. 176. Por consiguiente, el heredero instituido en primer lugar llega á serlo en cuanto hace la crecion de la herencia, y entonces escluye al sustituto: pero si no ha hecho la crecion, es escluido de la sucesion aun cuando haya actuado como heredero, y el sustituto ocupa su lugar. Habiendo muchos grados de institucion, sucede lo mismo consecutivamente con cada uno de ellos.

§. 177. Set si cretio sine exheredatione sit data, id est, si haec uerba (*adiecta sint*): SI NON CREVERIS, TVM PVBLIVS MAEVIVS HERES ESTO, illud diuersum inuenitur: quia si prior omissa cretione pro herede gerat, substitutus in partem admittitur, et fiunt ambo aequis partibus heredes. *quod*si neque cernat, neque pro herede gerat, sane in uniuers*um* summouetur, et substitutus in totam hereditatem succedit. §. 178. Sed *d*udum quidem placuit, quamdiu cernere et eo modo heres fieri possit prior, etiamsi pro herede gesserit, non tamen admitti substitutum: cum uero cretio finita sit, tum pro herede gerentem admi*ttere* substitut*um*. *olim* uero placuit, etiam superante cretione, posse eum pro herede gerendo in partem substitutum admittere, et amplius ad cretionem reuerti non posse.

§. 179. Liberis nostris inpuberibus, quos in potestate habemus, non solum ita, ut supra diximus, substituere poss*u*mus, id est, ut **si** heredes non *ex*titerint, alius nobis heres sit; sed eo amplius, ut etiam si heredes nobis extiterint, et adhuc inpuberes mortui fuerint, *s*it iis aliquis heres. uelut hoc modo: TITIVS FILIVS MEVS MIHI HERES ESTO. SI FILIVS MEVS MIHI (HERES) NON ERIT, SIVE HERES ERIT ET *PRIVS* MORIATVR, QVAM IN SVAM TVTELAM VENERIT, SEIVS HERES ESTO. §. 180. Quo casu siquid*em* non extiterit heres filius, substitutus patris fit heres: **si uero** heres extiterit filius, et ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus. quamobrem duo quodammodo sunt testamenta: a*li*ud patris; aliud filii, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset. aut certe unum est testament*um* duarum hereditatum. §. 181. Ceterum ne post obi*tu*m parentis periculo insidiarum subiectus uide*a*tur pupillus, in usu est, uulgarem quidem substitutionem palam facere, id est, eo loco, quo pupillum heredem instituimus: (*nam*) uulgaris substitutio ita uocat ad hereditatem substitutum, si omnino pupillus heres non extiterit; quod accidit cum uiuo parente moritur, quo casu nullum substituti maleficium suspicari possumus, cum scilicet uiuo testatore omnia, quae in testamento scripta sint, ignorentur. illam autem substitutio-

§. 177. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 34. SI — ESTO. Idem, eod.
§. 178. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 34.
§. 179. pr. I. de pupill. substit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 7. Epitome, II, 4, §. 2.
§. 180. *Quo — — — substitutus.* cit. pr. I. de pupill. substit. *duo quodammodo sunt testamenta* etc. §. 2. I. cod.
§. 181. Conf. Epitome, II, 4, cit. §. 2. *Ceterum — — — instituimus.* Conf. §. 3. I. de pupill. substit. *nam uulgaris substitutio — — — ignorentur.* Conf. Theophilus, ad cit. §. 3. I. *illam autem — — — aperiantur.* cit. §. 3. I.

§. 177. Pero si la crecion se ha dado sin que haya desheredacion espresa, es decir, si la fórmula no contiene mas que las siguientes palabras: SI NO HACES LA CRECION, ENTONCES PUBLIO MEVIO SE MI HEREDERO, en tal caso es preciso establecer una distincion: cuando el heredero instituido, sin haber hecho la crecion, obra al menos como heredero, el sustituto es admitido en parte, y los dos por consiguiente son herederos en porciones iguales; pero si el instituido ni ha hecho la crecion ni actuado como heredero, queda escluido enteramente y el sustituto sucede en toda la herencia.

§. 178. Pero segun la opinion reinante tiempo ha, por mas que el primer instituido obre como heredero, no adquiere el sustituto ningun derecho, mientras aquel pueda hacer la crecion y por ella llegar á ser heredero único: en otro caso, esto es, cuando el primer instituido se porta como tal heredero despues de espirar el plazo de la crecion, el sustituto es admitido en parte á la herencia. Antiguamente por el contrario estaba en uso que practicando el instituido actos de heredero, admitia por lo mismo al sustituto á la herencia en parte, aun cuando no hubiese finado el tiempo de la crecion, la cual desde entonces no podia ya tener lugar.

§. 179. No solamente podemos sustituir, segun el modo arriba espresado, á nuestros descendientes impúberes sometidos á nuestra potestad, es decir, disponer que otro heredero ocupe su lugar si ellos no llegan á tomar posesion de la herencia, sino tambien darles un sustituto para el caso en que, despues de habernos heredado, mueran antes de la pubertad. Por ejemplo, en estos términos: MI HIJO TICIO SEA MI HEREDERO: SI MI HIJO NO LLEGA A SERLO, Ó MUERE DESPUES DE OBTENIDA LA HERENCIA, PERO SIN HABER ALCANZADO LA TUTELA DE SI MISMO, SEA SEYO MI HEREDERO.

§. 180. En este caso faltando el hijo, viene el sustituto á ser heredero del padre; pero si el hijo despues de haber obtenido la herencia falleciere todavía impúber, entonces el sustituto es heredero de este último y no del padre. Así es que en cierto modo esta disposicion encierra dos testamentos, el del padre y el del hijo, lo mismo que si este hubiese instituido su heredero, ó mejor dicho, es un testamento de dos herencias.

§. 181. Ademas para evitar que el pupilo se vea espuesto á algunas asechanzas despues de la muerte del padre, está en uso hacer la sustitucion ordinaria de una manera clara y manifiesta, esto es, en el mismo lugar del testamento en que se instituye heredero al pupilo: pues la sustitucion ordinaria no llama al sustituto á la sucesion sino en el caso en que el pupilo no llegue á ser heredero, por ejemplo, cuando muere en vida del testador; y en esta circunstancia de ninguna manera puede sospecharse ningun atentado de parte del sustituto, pues que mientras vive el testador, son desconocidas las cláusulas del testamento. Aho-

nem, per quam etiamsi heres extiterit pupillus, et intra pubertatem decesserit, substitutum uocamus, separatim in inferioribus tabulis scribimus, easque tabulas proprio lino, propriaque cera consignamus, et in priori*bus* tabulis cauemus, ne inferiores tabulae uiuo filio et adhuc inpubere aperiantur. set longe *u*tius est, utrumque genus substitutionis separatim in inferioribus tabulis consignari, quod, si ita consignatae uel separatae fuerint substitutione*s*, ut diximus, e*x* priore potest intellegi in altera quoque idem esse substitutus. §. 182. Non solum autem heredibus institutis inpuberibus liberis ita substituere poss*u*mus, ut si ante pubertatem mortui fuerint, sit is heres, quem nos uoluerimus, sed etiam exheredatis. itaque eo casu si quid pupillo ex hereditatibus, legatisue, aut donationibus propinquorum adquisitum fuerit, id omne a*d* substitutum pertinet. §. 183. Quaecumque diximus de substitutione inpuberum libe*r*orum uel heredum institutorum, uel exheredatorum, eadem etiam de postumis intellegemus. §. 184. Extraneo uero heredi instituto ita substituere non possumus, ut si heres extiterit et intra aliquod tempus decesserit, alius ei heres sit: sed hoc solum nobis permissum est, ut eum per fideicommissum obligemus, ut (*alii*) hereditatem nostr*a*m uel totam, uel (*ex*) parte restituat; quod ius quale sit, suo loco trademus.

§. 185. Sicut autem liberi homines, ita et serui tam nostri, quam alieni heredes scribi possunt. §. 186. S*ed* noster seruus simul et liber et heres esse iuberi debet, id est hoc modo: STICHVS SERVVS MEVS LIBER HERESQVE ESTO, uel: HERES LIBERQVE ESTO. §. 187. Nan si sine libertate heres institutus sit, etiamsi postea manumissus fuerit a domino, heres esse non potest, quia institutio in persona eius non consti*t*: ideoque licet alienatus sit, non potest iussu domini cernere hereditatem. §. 188. Cum libertate uero heres institutus si*quidem in eadem causa manserit, fit* ex testamento liber *atque* necessarius heres. si uero ab ipso testatore manumissus fuerit, suo arbitrio hereditatem adire

§. 182. §. 4. I. de pupill. substit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII. §. 8.
§. 183. cit. §. 4. I. de pupill. substit.
§. 184. §. 9. I. de pupill. substit. Conf. Epitome, II, 4, §. 3, item: infra §. 277. *suo loco trademus*. Vid. infra. §. 248. sq.
§. 185. Conf. pr. I. de hered. instit. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 7.
§. 186. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, cit. §. 7.
§. 187. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 12.
§. 188. §. 1. I. de hered. instit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. §. 11. 12.

ra en cuanto á la sustitucion que llama al sustituto cuando el pupilo, aunque alcance la sucesion, fallezca antes de la pubertad, la escribimos separadamente en las tablas inferiores del testamento, teniendo cuidado de cerrar esta parte con nuestro propio hilo y sello; y de prohibir en las primeras que las últimas disposiciones sean abiertas antes de que el pupilo muera ó llegue á la pubertad. Pero es mucho mas seguro consignar separadamente al fin del testamento una y otra sustitucion, porque si las dos sustituciones han sido escritas y separadas la una de la otra, como hemos indicado arriba, se adivinará fácilmente viendo la primera sustitucion, que la misma persona es el sustituto en la segunda.

§. 182. Y no solamente podemos sustituir á los hijos impúberes instituidos, designándoles un heredero para el caso de que mueran antes de la pubertad, sino tambien á los desheredados, en cuyo caso todo lo que el pupilo adquiera por herencia, legado ó donacion de sus deudos pertenece al sustituto.

§. 183. Todo lo que hemos dicho acerca de la sustitucion de los hijos impúberes ya instituidos, ya desheredados, se aplica igualmente á los póstumos.

§. 184. Mas no sucede así cuando instituimos herederos estraños, pues entonces no podemos sustituirlos, de suerte que si obtuvieren la herencia y fallecieren dentro de cierto plazo, sea otro su heredero: lo único que en este caso está á nuestro alcance, es obligarlos por fideicomiso á que restituyan la herencia en todo ó en parte á un tercero conforme á las reglas que espondremos en su lugar.

TITULO IX.

Del modo de instituir herederos á los esclavos.

§. 185. Así como podemos instituir herederos á los hombres libres, del mismo modo podemos instituir á los esclavos, bien sean nuestros, bien sean agenos.

§. 186. Pero es indispensable que el esclavo nuestro sea declarado á un mismo tiempo libre y heredero, á saber, de esta manera: MI ESCLAVO ESTICO SEA LIBRE Y HEREDERO Ó SEA HEREDERO Y LIBRE.

§. 187. Pues si se le instituye sin declararle libre, no puede ser heredero aun cuando despues obtenga la manumision de su señor, por cuanto la institucion no tiene efecto en su persona: así es que no puede aceptar la herencia, si fuere enagenado, ni aun por órden del nuevo señor.

§. 188. Por el contrario, cuando instituimos heredero á un esclavo, y al mismo tiempo le declaramos la libertad, viene á ser por aquel testamento libre y heredero necesario, con tal que no haya mudado de condicion; pues si fuese manumitido por el

potest. quodsi alienatus sit, iussu noui domini *adire hereditatem debet, et ea* ratione per eum dominus fit heres: *nam ipse alienatus neque* heres, neque liber esse potest. §. 189. Alienus quoque seruus heres institutus *si in* eadem causa durauerit, iussu domini heredi*t*atem adire debet; si uero alienatus fue*rit ab eo, aut uiu*o testatore, aut post mortem eius, ante*quam adeat, debet iussu noui* domini cernere. si *manumissus est antequam adeat*, suo arbitrio adire hereditatem potest. §. 190. *Si* autem seruus alienus heres institutus *est*, uulgari cretione data, ita igitur dies cretionis cede*nt si* ipse seruus scierit, se heredem institutum esse, nec ullum impedimentum sit, quominus certiorem dominum faceret, ut illius iussu cernere possit.

§. 191. Post haec uideamus de legatis. quae pars iuris extra propositam quidem materiam uidetur; nam loquimur de his iuris figuris, quibus per uniuersitatem res nobis adquiruntur: sed cum omnimodo de testamentis, deque heredibus, qui testamento instituuntur, locuti sumus, non sine causa sequenti loco poterat hae iuris materia tractari.

---

§. 192. Legatorum utique genera *sunt* quattuor: aut enim per uindicationem legamus, aut per damnationem, aut sinendi modo, aut per praeceptionem.

§. 193. Per uindicationem********** uerbi gratia: HOMINEM STICHVM DO, LEGO. sed si******* uerbum positum sit, uelut ********** *per uin*dicationem legatum est: siue ********** ********** ita legatum fuerit, SVMITO********** ita, CAPITO; aeque per uindicationem *legatum est*. §. 194. *Ideo au*tem per uindicationem legat*um* a*ppellatur*, qu*ia* pos*t* adi*t*am hereditatem statim ex iure Quiritium res legatarii fit: et si eam rem legatarius uel ab herede, uel ab alio quocumque, qui eam possidet, petat, uindicare debet, id est, intendere, *rem suam* ex iure Quiritium esse. §. 195. In eo *uero* dissentiunt prud*entes. nam Sabinus* quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores quod ita legatum sit, statim post aditam hereditatem putant fieri legatarii, etiamsi ignoret, sibi legatum esse dimissum; *s*et posteaquam scierit et ********** tum perinde esse atque si legatum

§. 189. cit. §. 1. I. de hered. instit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 13.

§. 191. pr. I. de legat.

§. 192. Conf. §. 2. I. de legat. Epitome, II, 5. pr. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 2.

§. 193. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 3. Epitome, II, 5, §. 1. Theophilus, II, 20, §. 2.

§. 194. Conf. Theophilus, II, 20, cit. §. 2. Epitome, II, 5, cit. §. 1. L. 69. pr. de legat. 1. (ex Nostri Libr. de Legat. ad Edict. Praetor.) item infra §. 204.

§. 195. *nam Sabinus — — — non esset.* Conf. Iulianus, L. 81. §. 6. et L. 86. §. 2. de legat. 1. *Nerua uero — — ad se pertinere.* Conf. Neratius, L. 64. de furt. *cum legatus fuisset Latinus.* Conf. Plinius, Lib. X, epist. 105.

mismo testador, es árbitro de adir ó no la herencia segun le convenga, y si ha sido enàgenado, debe adir la herencia por mandato de su nuevo señor; mas en este caso es el señor quien se hace heredero por medio del esclavo, en razon á que este despues de enagenado ni puede ser heredero ni hombre libre.

§. 189. Tambien el esclavo ageno instituido heredero debe adir la herencia por órden de su dueño, caso de no mudar de condicion; pero si su dueño lo enagenare en vida del testador ó despues de su muerte y antes de la adicion, debe aceptar la herencia por mandato del nuevo señor. No sucede así si fuese manumitido antes de la adicion, porque en este caso es dueño de aceptar ó no la herencia.

§. 190. Si el esclavo ageno ha sido instituido heredero con la crecion ordinaria, se contarán los dias desde el momento en que aquel tenga conocimiento de su institucion, y ningun inconveniente hay en que haga sabedor de ello á su señor, á fin de poder aceptar la herencia de órden suya.

TITULO X.

De los legados.

§. 191. Examinemos ahora los legados. Aunque esta parte del derecho sale, por decirlo así, fuera del objeto presente, puesto que ahora nos ocupamos de los modos de adquirir las cosas por universalidad; sin embargo, despues de haber hablado de los testamentos y de los herederos, no será fuera de propósito tratar de los legados.

§. 192. Hay cuatro especies de legados: legamos por *vindicacion*, por condenacion, por via de tolerancia ó permiso (*sinendi modo*) y por eleccion ó preferencia.

§. 193. Se lega por vindicacion. . . . . v. gr., de esta manera: DOY, LEGO EL ESCLAVO ESTICO. . . . . fuere legado así: ESCOGE. . . . . así: TOMA; se lega igualmente por vindicacion.

§. 194. Los legados por vindicacion se llaman así, porque despues de adida la herencia, la cosa pertenece desde luego al legatario por dominio quiritario; y si la pidiere en juicio al heredero ó á cualquiera otro que la posea, debe reivindicarla, es decir, sostener que aquella cosa es suya por derecho quiritario.

§. 195. Sin embargo, no estan acordes sobre este punto las opiniones de los jurisconsultos: Sabino, Casio y los demás maestros de nuestra escuela son de parecer que los legados llegan á ser propiedad del legatario inmediatamente despues de haberse hecho la adicion de la herencia, aun cuando ignore que existe semejante legado; pero despues que tenga conocimiento de él y. . . . . entonces sucede como si no hubiese tal legado. Por

non esset. Nerua uero et Proculus ceterique illius scholae auctores non aliter putant rem legatarii fieri, quam si uoluerit eam ad se pertinere. Sed hodie ex diui Pii Antonini constitutione hoc magis iure uti uidemur, quod Proculo placuit. nam cum legatus fuisset Latinus per uindicationem coloniae, deliberent ****** Decuriones, an ad se uelint pertinere, proinde ac si uni legatus esset. §. 196. Tales autem solae res per uindicationem legantur recte, quae ex iure Quiritium ipsius testatoris sunt. sed eas quidem, quae pondere, numero, mensura constant, placuit sufficere si mortis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, ueluti uinum, oleum, frumentum, pecunia numerata. ceteras res uero placuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium esse debere, id est, et quo faceret testamentum, et quo moreretur: alioquin inutile est legatum. §. 197. Sed sane hoc ita est iure ciuili. postea uero auctore Nerone Caesare senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si eam rem quisque legauerit, quae eius numquam fuerit, perinde utile sit legatum, atque si optimo iure relictum esset: optumum autem ius est per damnationem legatum, quo genere etiam aliena res legari potest, sicut inferius apparebit. §. 198. Sed si quis rem suam legauerit, deinde post testamentum factum eam alienauerit, plerique putant, non solum iure ciuili inutile esse legatum, sed nec ex senatusconsulto confirmari. quod ideo dictum est, quia etsi per damnationem aliquis rem suam legauerit eamque postea alienauerit, plerique putant, licet ipso iure debeatur legatum, tamen legatarium petentem per exceptionem doli mali repelli, quasi contra uoluntatem defuncti petat. §. 199. Illud constat, si duobus pluribusue per uindicationem eadem res legata sit, siue coniunctim, siue disiunctim, si omnes ueniant ad legatum, partes ad singulos pertinere, et deficientis portionem collegatario adcrescere. coniunctim autem ita legatur: TITIO ET SEIO HOMINEM STICHVM DO, LEGO; disiunctim ita: LVCIO TITIO HOMINEM STICHVM DO, LEGO. SEIO EVNDEM HOMINEM DO, LEGO. §. 200. Illud quaeritur, quod sub condicione per uindicationem legatum est, pendente condicione cuius esset. nostri praeceptores heredis esse putant exemplo statuliberi, id est, eius serui, qui testamento sub alicua condicione liber esse iussus est: quem constat interea heredis seruum esse. sed diuersae scholae auctores putant, nul-

§ 196. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 7. Epitome, II, 5, cit. §. 1. et §. 3.

§. 197. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 11.[a] *sicut inferius apparebit.* Vid. §. 202. Conf. Fragm. Vatic. §. 85.

§. 198. Conf. §. 12. I. de legat.

§. 199. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 12. et L. 1. §. 3. de usufr. accresc. Epitome, II, 5, cit. §. 1. et §. §. 4. 5. Iulianus, L. 30. de condic. et demonstrat. §. 8. I. de legat.

§. 200. *Illud — — heredis esse putant.* Conf. L. 29. §. 1. qui et a quib. manumissi (ex Nostri Libr. de Manumiss.) *exemplo statuliberi — — heredis seruum esse.* Conf. Vlpianus, Fragm. II, §. §. 1. 2. et L. 9. pr. de statuliber.

el contrario, Nerva, Próculo y demas escritores de la escuela contraria piensan que la cosa no llega á ser propia del legatario hasta tanto que este haya manifestado intencion de apropiársela. Pero hoy dia, segun una constitucion de Antonino Pio, el derecho que está mas en uso es el enunciado por Próculo. Así es que si un latino ha sido legado por vindicacion á una colonia, deliberan. . . . . los decuriones, si han de aceptarlo cual si hubiese sido legado á un solo individuo.

§. 196. Un testador solo puede legar válidamente por vindicacion aquellas cosas que le pertenecen por derecho quiritario: y en cuanto á aquellas que se cuentan, pesan ó miden, basta que hayan pertenecido por derecho quiritario al testator en la época de su fallecimiento: tales son el vino, aceite, los granos y el dinero contante; pero por lo que toca á los otros objetos, se ha decidido que deben haber pertenecido por derecho quiritario al testador en una y otra época, es decir, en el momento de hacerse el testamento y cuando acaece la muerte del testador: no siendo así, el legado es inútil.

§. 197. Tales son las disposiciones del derecho civil; pero despues un senadoconsulto hecho bajo la autoridad de Neron, decidió que si alguno legaba una cosa que jamás le habia pertenecido, el legado es tan válido como si se hubiese hecho conforme al derecho óptimo. Derecho óptimo es el legado por condenacion, mediante el cual, segun veremos mas abajo, puede legarse aun la cosa que pertenece á otro.

§. 198. Cuando una persona lega un objeto suyo, y despues de hecho el testamento lo enagenare, se cree generalmente que el legado no solo es inútil segun el derecho civil, sino que tampoco puede ser validado por el senadoconsulto. Y hé aquí en qué se funda esta opinion: aun en el caso mismo de que un legado sea hecho por condenacion, si el testador viniere despues á enagenar la cosa legada, creen generalmente los jurisconsultos que si bien el legado obliga en derecho, con todo el legatario que reclame la cosa puede ser rechazado por la escepcion de dolo, fundada en que la demanda es contraria á la voluntad del difunto.

§. 199. En lo que no cabe duda es en que si una cosa ha sido legada por vindicacion á dos ó mas personas, conjunta ó separadamente, cuando todos estos legatarios se presentan, cada uno de ellos adquiere su parte, y la del que falta acrece á los demas colegatarios. Se lega conjuntamente de esta manera: DOY, LEGO EL ESCLAVO STICHO A TICIO Y A SEYO: y separadamente: DOY, LEGO EL ESCLAVO STICHO A LUCIO TICIO. DOY, LEGO EL MISMO ESCLAVO A SEYO.

§. 200. Suscítase ahora la duda de á quien pertenece la cosa legada condicionalmente por vindicacion, ínterin no se cumpla la condicion impuesta. Enseñan nuestros maestros que la cosa

lius interim eam rem esse: quod multo magis dicunt de eo, quod sine condicione pure legatum est, antequam legatarius admittat legatum.

§. 201. Per damnationem hoc modo legamus: HERES MEVS STICHVM SERVVM MEVM DARE DAMNAS ESTO. sed et si DATO scriptum sit, per damnationem legatum est. §. 202. *Quo* genere legati etiam aliena res legari potest, ita ut heres redimere et praestare, aut aestimationem eius dare debeat. §. 203. Ea quoque res, quae in rerum natura non est, si modo futura est, per damnationem legari potest, uelut fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit. §. 204. Quod autem ita legatum est, post aditam hereditatem, etiamsi pure legatum est, non, ut per uindicationem legatum, continuo legatario adquiritur, sed nihilominus heredis est. ideo legatarius in personam agere debet, id est, intendere, heredem sibi dare oportere: et tum heres (*rem*), si mancipi sit, mancipio dare, aut in iure cedere, possessionemque tradere debet; si nec mancipi sit, sufficit si tradiderit. nan si mancipi rem tantum tradiderit, nec mancipauerit, usucapione **demum** pleno iure fit legatarii. **finitur** autem *usu*capio, **ut supra quoque** diximus, mobilium quidem rerum anno, earum uero, quae solo tenentur, biennio. §. 205. Est et ******** — — — — — — — — — — **si eadem res** duobus pluribusue per damn*a*tionem legata sit, si quidem coniunctim, plane singulis partes debentur *******\

pertenece al heredero como en el caso del *statu liberi*, es decir, del esclavo á quien por testamento se ha concedido la libertad bajo condicion, el cual indudablemente pertenece en el entretanto al heredero. Pero los autores de la escuela contraria opinan que en el intermedio la cosa no pertenece á nadie: lo que con mucha mas razon, segun ellos, debe decirse de la cosa legada puramente y sin condicion, mientras que el legatario no la aceptare.

§. 201. Legamos por condenacion de esta manera: QUE MI HEREDERO SEA CONDENADO A DAR MI ESCLAVO STICHO; y aun cuando solo se diga: QUE MI HEREDERO DE, siempre el legado será por condenacion.

§. 202. Se puede legar de esta manera aun la cosa de otro, y en tal caso el heredero debe comprarla y entregarla ó dar su valor.

§. 203. Tambien puede legarse por condenacion la cosa que no existe en la naturaleza, con tal que pueda existir algun dia, por ejemplo, los frutos que produjere tal fundo, los hijos que nazcan de tal ó cual esclava.

§. 204. La cosa legada de esta manera aun cuando sea puramente, no se adquiere por el legatario acto continuo de adida la herencia, como sucede en los legados por vindicacion, sino que por el contrario continúa perteneciendo al heredero. Por lo tanto, el legatario debe obrar en contra de la persona del heredero, es decir, sostener que debe entregarle la cosa legada: entonces, si la cosa es *mancipi*, el heredero debe poner en posesion de ella al legatario mancipándosela ó cediéndosela judicialmente; pero si es cosa *non mancipi* basta la simple tradicion. Porque si el heredero entregase simplemente una cosa *mancipi* sin manciparla, el legatario no llegaría á ser propietario de ella hasta tanto que la adquiriese por usucapion, y, segun ya hemos esplicado, las cosas muebles se usucapen por un año de posesion, y las inmuebles necesitan dos.

§. 205. . . . Cuando una misma cosa ha sido legada por condenacion á dos ó mas personas: si el legado se ha hecho conjuntamente, el heredero debe á cada uno de los legatarios la parte que le toque. . . . . pero si una misma cosa ha sido legada separadamente á muchas personas, cada una de ellas tiene derecho á la totalidad del legado; de manera que el heredero deberá entregar á una la cosa y á las otras el valor de ella. Y finalmente, en estos legados cuando se hacen conjuntamente, la porcion del que falta no acrece al colegatario, sino que permanece en la herencia.

§. 206. Al decir que en los legados por condenacion la porcion del legatario que falta no acrece al colegatario, al paso que sucede precisamente lo contrario en los legados por vindicacion,

dicationem uero collegatario accrescere, admonendi sumus, ante legem Papiam iure ciuili ita fuisse: post legem uero Papiam deficientis portio caduca fit, et ad eos pertinet, qui in eo testamento liberos habent. §. 207. Et quamuis prima causa sit in caducis uindicandis heredum liberos habentium, deinde, si heredes liberos non habeant, legatariorum liberos habentium; tamen ipsa lege Papia significatur, ut collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiamsi liberos habebunt. §. 208. Set plerisque placuit, quantum ad hoc ius, quod lege Papia coniunctis constituitur, nihil interesse, utrum per uindicationem, an per damnationem legatum sit.

§. 209. Sinendi modo ita legamus: HERES MEVS DAMNAS ESTO SINERE, LVCIVM TITIVM HOMINEM STICHVM SVMERE SIBIQVE HABERE. §. 210. Quod genus legati plus quidem habet (*quam*) per uindicationem legatum; minus autem, quam per damnationem. nam eo modo non solum suam rem testator utiliter legare potest, sed etiam heredis sui: cum alioquin per uindicationem nisi suam rem legare non potest; per damnationem autem cuiuslibet extranei rem legare potest. §. 211. Sed siquidem mortis testatoris tempore res ipsius testatoris sit, uel heredis, plane utile legatum est, etiamsi testamenti faciundi tempore neutrius fuerit. §. 212. Quodsi post mortem testatoris ea res heredis esse coeperit, quaeritur, an utili si legatum. et plerique putant inutile esse. quid ergo est? licet aliquis eam rem legauerit, quae neque eius umquam fuerit, neque postea heredis eius umquam esse coeperit, ex senatusconsulto Neroniano proinde uidetur, ac si per damnationem relicta esset. §. 213. Sicut autem per damnationem legata res non statim post aditam hereditatem legatarii efficitur, sed manet heredis eousque, donec is heres tradendo, uel mancipando, uel in iure cedendo legatarii eam fecerit; ita et in sinendi modo legato iuris est: et ideo huius quoque legati nomine in personam actio est, QVIDQVID HEREDEM EX TESTAMENTO DARE FACERE OPORTET. §. 214. Sunt tamen, qui putant, ex hoc legato non uideri obligatum heredem, ut mancipet, aut in iure cedat, aut tradat, sed sufficere, ut legatarium rem sumere patiatur, quia nihil ultra

§. 207. *Et——legatariorum liberos habentium.* Conf. Vlpianus, Fragm. I. §. 21. ubi cum Ms. Vatic. *legatarii patres* legendum esse ex hoc Gaji loco intelligitur. *ut collegatarius coniunctus* etc. Conf. Paulus, L. 89. de legat. 3.

§. 209. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 5. Epitome, II, 5, §. 6. Theophilus, II, 20, §. 2.

§. 210. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 10. Epitome, II, 5. cit. §. 6.

§. 212. *licet aliquis* etc. Hic locus Epitomatores movisse videtur, ut Lib. II. tit. 5. cit. §. 6. sic scriberent: Nam et propriam rem testator, et heredis sui, *et alienam* per sinendi legatum relinquere potest.

§. 213. *Sicut——legatarii eam fecerit,* Conf. supra §. 204. *ideo—in personam actio est.* Conf. Theophilus, II, 20, cit. §. 2.

§. 214. Conf. Epitome, II, 5, cit. §. 6.

debemos prevenir que tal era lo que disponía el derecho civil antes de la ley Papia; pero despues de esta ley la porcion de que hablamos se hace caduca (*caduca fit*), y pertenece á las personas inscriptas en el testamento que tengan descendencia.

§. 207. Y aunque en la reivindicacion de las cosas caducas sean atendidos en primer lugar los herederos con hijos, y en su defecto los legatarios que los tuvieren; sin embargo, la misma ley Papia dispone que en el legado hecho conjuntamente el colegatario con descendencia sea preferido aun á los herederos que la tuvieren.

§. 208. Y en cuanto á esta última disposicion de la ley Papia, es igualmente aplicable, segun la opinion mas general, al legado por vindicacion y al que se hace por condenacion.

§. 209. Legamos por via de tolerancia (*sinendi modo*) en esta forma: QUE MI HEREDERO SEA CONDENADO A TOLERAR QUE LUCIO TICIO TOME Y ADQUIERA PARA SI AL ESCLAVO STICHO.

§. 210. Esta especie de legado tiene mas latitud que el legado por vindicacion, pero menos que el por condenacion: pues el testador puede legar válidamente por este medio no solo las cosas suyas, sino tambien las de su heredero, al paso que por vindicacion solo puede legar sus cosas, y por condenacion hasta las de un estraño.

§. 211. Basta para que este legado sea útil, que la cosa perteneciese ya al testador, ya al heredero en la época del fallecimiento de aquel, aun cuando no fuese propiedad de uno ni de otro al tiempo de hacerse el testamento.

§. 212. Se cuestiona si el legado obliga cuando la cosa no ha llegado á ser propiedad del heredero hasta despues de la muerte del testador, y generalmente se decide que en este caso el legado es inútil. ¿Por qué, pues, así, cuando segun el senadoconsulto Neroniano, hasta el legado de una cosa que ni fué nunca propiedad del testador, ni el heredero la ha hecho despues suya, tiene sin embargo el mismo efecto que si fuese un legado por condenacion?

§. 213. Tanto en el legado por via de tolerancia como en el legado por condenacion, la cosa no es propiedad del legatario al punto de adida la herencia, sino que continúa perteneciendo al heredero hasta que este transfiera su dominio al legatario por tradicion, mancipacion ó cesion judicial. De consiguiente este legado dá orígen á una accion contra la persona del heredero, cuya fórmula es esta: ES NECESARIO QUE EL HEREDERO DE Y EJECUTE TODO LO PREVENIDO EN EL TESTAMENTO.

§. 214. Opinan sin embargo algunos autores que este legado no impone al heredero la obligacion de mancipar, entregar ó ceder judicialmente la cosa, sino que solo basta, para cumplir la disposicion del testamento, tolerar que el legatario se la apropie, puesto que el testador solamente ha exigido que el heredero per-

ei testator imperauit, quam ut sinat, id est, patiatur, legatarium rem sibi habere. §. 215. Maior illa dissensio in hoc legato interuenit, si eandem rem duobus pluribusue disiunctim legasti. quidam putant, utrisque solidum deberi, sicut per *damna*tionem: nonnulli occupantis esse meliorem condicionem aestimant; quia, cum in eo genere legati damnetur heres patientiam praestare, ut legatarius rem habeat, sequitur, ut si priori patientiam praestiterit et is rem sumpserit, securus sit aduersus eum, qui postea legatum petierit, quia neque habe*t* rem, ut patiatur eam ab eo sumi, neque dolo malo fecit, quominus eam rem haberet. §. 216. Per praeceptionem hoc modo legamus: LVCIVS TITIVS HOMINEM STICHVM PRAECIPITO. §. 217. Sed nostri quidem praeceptores nulli alii eo modo legari posse putant, nisi ei, qui aliqua ex parte heres scriptus es*t*: praecipere enim esse, praecipuum sumere; quod tantum in eius persona procedit, qui aliqua ex parte heres institutus est, quod is extra portionem hereditatis praecipiat legatum, (*quod*) habiturus sit. §. 218. Ideoque si extraneo legatum fuerit, inutile est legatum. adeo ut Sabinus existimauerit, ne quidem ex *senatusconsulto* Neroniano posse conualescere: nam eo, inquit, senatusconsulto ea tantum confirmantur, quae uerborum uitio iure ciuili non ualent; non quae propter ipsam personam legatarii non deberentur. sed Iuliano e*t* Sexto placuit, etiam hoc casu ex senatusconsulto confirmari legatum: nam ex uerbis etiam hoc casu accidere, ut iure ciuili inutile sit legatum, *i*nde manifestum es*se*, quod eidem aliis uerbis recte legatur, uelut *per* uindicationem, per damnationem, sinendi modo: tunc autem uitio personae legatum non ualere, cum ei legatum sit, cui nullo modo legari possit, uelut peregrino, cum quo testamentifactio non sit; quo plane casu senatusconsulto locus non est. §. 219. Item nostri praeceptores quod ita legatum est, nulla ratione putant posse consequi eum, cui ita fuerint legatum, qu*am* iudicio familiae erciscundae, quod inter heredes de hereditate erciscunda, id est, diuidunda accipi solet: officio enim iudicis id contineri, ut et quod per praeceptionem legatum est, adiudicetur. §. 220. Vnde intellegimus, nihil aliud secundum nostrorum praeceptorum opinionem per praeceptionem legari posse nisi quod testatoris sit: nulla enim

§. 215. *quidam putant, utrisque solidum deberi.* Conf. Celsus, L. 14. de usu et usufr. per legat. dat.

§. 216. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 6. Theophilus, II, 20, §. 2.

§. 217. Conf. Theophilus, II, 20, cit. §. 2. Epitome, II, 5, §. 7. item Plinius, Lib. V, epist. 7.

§. 218. *quae uerborum uitio iure ciuili non ualent.* Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 11.ª *sed Iuliano* etc. Conf. Iulianus, L. 18. de legat. 1.

§. 219. Conf. Theophilus, II, 20, cit. §. 2.

§. 220. *Vnde — — testatoris sit.* Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 11. *itaque si non suam rem* etc. Conf. L. 26. et L. 28. fam. herciscund. (ex Nostri Commentar. ad Edict. prov.)

mita, es decir, tolere que el legatario se apodere de la cosa legada.

§. 215. Mayor es aun la divergencia de opiniones en los legados de esta especie, cuando se lega separadamente una cosa á dos ó mas personas: unos jurisconsultos quieren que, cual en los legados por condenacion, la cosa se deba por completo á cada uno de los colegatarios: otros, que ha de ser preferido el primero de los legatarios que se apodere de ella, porque como en este legado solo se impone al heredero la obligacion de sufrir pacientemente que el legatario tome la cosa legada, de ahí es que despues de haber permitido al primer colegatario que se presente á posesionarse de ella, debe estar al abrigo de cualquiera demanda posterior, pues no estando ya en su poder aquel objeto, mal podrá permitir que ningun otro lo tome, y por otra parte no ha obrado con dolo para no tener aquella cosa.

§. 216. Legamos por eleccion en esta forma: QUE LUCIO TICIO TOME (PRIMERAMENTE) PARA SI EL ESCLAVO STICHO.

§. 217. Los maestros de nuestra escuela piensan que no se puede legar de esta manera sino á los instituidos herederos en parte de la herencia, pues (*præcipere*) es tomar primeramente (*præcipuum sumere*), y esto no puede entenderse sino del heredero instituido en una porcion de la herencia, el cual antes de tomar su parte en la sucesion, apartará para sí la cosa legada por eleccion.

§. 218. Por lo tanto es inútil el legado hecho á un estraño, y segun la opinion de Sabino ni aun puede hacerse válido por el senadoconsulto Neroniano; porque, dice él, este senadoconsulto no hace válidos sino aquellos legados que no lo son, segun el derecho civil, por el vicio de los términos, mas no aquellos que no se deben por causa de la persona del legatario. Juliano y Sexto opinan, sin embargo, que aun en este caso se confirma el legado por el senadoconsulto; pues si tal legado es inútil segun el derecho civil, esta nulidad resulta igualmente del vicio de los términos, siendo como es evidente que se podria legar válidamente á la misma persona empleando otras palabras, por ejemplo, legando por vindicacion, por condenacion ó por via de tolerancia. Por lo tanto un legado no es inútil por la persona á quien se lega, sino cuando esta persona no pueda adquirir de ninguna manera el legado, por ejemplo, un extranjero con el cual no se dá testamentifaccion; y es evidente que en semejante caso no tiene lugar el senadoconsulto mencionado.

§. 219. Piensan tambien nuestros maestros que una cosa legada de esta manera, no puede ser adquirida por el legatario sino por la accion *familiæ erciscundæ*, es decir, por la accion de *particion de herencia*, la cual compete á los herederos: siendo tambien, segun ellos, atribucion del juez en el juicio de particion adjudicar igualmente la cosa legada por eleccion.

§. 220. Por donde colegimos que segun la opinion de nuestros maestros no es permitido legar por eleccion sino lo que es

alia res, quam hereditaria, deducitur in hoc iudicium. itaque si non suam rem eo modo testator legauerit, iure quidem ciuili inutile erit legatum; sed ex senatusconsulto confirmabitur. aliquo tamen casu etiam alienam rem (*per*) praeceptionem legari posse fatentur: ueluti si quis eam rem legauerit, quam creditori fiduciae causa mancipio dederit; nam officio iudicis coheredes cogi posse existimant, soluta pecunia soluere eam rem, ut possit *praec*ipere *is*, cui ita legatum sit. §. 221. *S*ed diuersae, *scho*lae auctores putant, etiam extraneo per praeceptionem legari posse proinde, ac si ita scribatur: TITIVS HOMINEM STICHVM CAPITO; superuacuo adiecta PRAE syllaba: ideoque per *uindicationem eam rem* legatam uideri. quae sententia dicitur diui Hadriani constitutione confirmata esse. §. 222. Secundum hanc igitur opinionem, si ea res (*ex*) iure Quiritium defuncti fuerit, po*test* a legatario uindicari, siue is unus ex heredibus sit, siue extraneus. *s*et si in bonis tantum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatusconsulto utile erit legatum, heredi uero familiae herciscundae iudicis officio praestabitur. quodsi nullo iure fuerit testatoris, tam heredi, quam extraneo ex senatusconsulto utile erit (*legatum*). §. 223. Siue tamen heredibus, secundum nostrorum opinionem, siue etiam extraneis, secundum illorum opinionem, duobus pluribusue eadem res coniunctim, aut disiunctim legata fuerit, singuli partes habere debent.

Ad legem Falcidiam. §. 224. Sed olim quidem licebat, totum patrimonium legatis atque libertatibus erogare, nec quidquam heredi relinquere praeterquam inane nomen heredis; idque lex XII tabularum permittere uidebatur, qua cauetur, ut quod quisque de re sua testatus esset, id ratum haberetur, his uerbis: VTI LEGASSIT SVAE REI, ITA IVS ESTO. quare qui scripti heredes erant, ab hereditate se abstinebat; et idcirco plerique intestati moriebantur. §. 225. Itaque lata est lex Furia, qua, exceptis personis quibusdam, ceteris plus mile assibus legatorum nomine

§. 223. Conf. Epitome, II, 5, cit. §. 7.

§. 224. Conf. pr. I. de leg. Falcid. VTI — ESTO. Conf., praeter Iust. et Theophilum, Pomponius, L. 120. de verb. signif. Nov. 22. cap. 2. Vlpianus, Fragm. XI, §. 14. Cicero, de Invent. Lib. II. cap. 50. Auctor ad Herenn. Lib. I, cap. 13. Paulus, L. 53. pr. de verb. signif.

§. 225. Conf. cit. pr. I. de leg. Falcid. *Itaque — — — permissum non est.* Conf. infra Commentar. IV. §. §. 23. 24. item Vlpianus, Fragm. I, §. 2. XXVIII, §. 7. Theophilus, II, 22. pr. Fragmenta Varronis e Lib. III. de Vita pop. Rom. pag. Bip. 247. in fin. Cicero, pro Balbo, cap. 8; in Verrem, Lib. I. cap. 42. *sed et haec lex non perfecit* etc. Conf. Theophilus, loc. cit. Conf. Fragm. Vatic. §. 301.

del testador, pues solo la cosa hereditaria puede deducirse en este juicio de particion (*familiæ erciscundæ*); y así, si el testador legase de esta manera una cosa que no le pertenece, el legado es inútil por el derecho civil, pero puede hacerse válido por el senadoconsulto. Confiesan, sin embargo, que en algun caso es dado legar por eleccion aun la cosa de otro: por ejemplo, si alguno lega una cosa que hubiese dado en mancipio á su acreedor á título de prenda, pues entonces creen que entra en las atribuciones del juez el obligar á los herederos á que desempeñen la cosa solventando el crédito, á fin de que el legatario pueda obtener por eleccion el objeto legado.

§. 221. Pero los autores de la escuela contraria juzgan que el legado hecho por eleccion á un estraño es válido, como el que se hace en estos términos: QUE TICIO TOME AL ESCLAVO STICHO; porque considerando inútil la palabra *præ*, tienen el legado como hecho por vindicacion, parecer que ellos suponen confirmado por una constitucion del emperador Adriano.

§. 222. Segun esta misma opinion, si el objeto legado perteneciese al testador por derecho quiritario, puede reivindicarlo el legatario, sea ó no al mismo tiempo heredero; pero si la cosa estuviere tan solo en los bienes del testador, entonces el senadoconsulto hace válido el legado para el legatario estraño, y el juez en el juicio de particion para el legatario que sea tambien heredero. Por último, si la cosa no fuese absolutamente del testador, el senadoconsulto validará el legado tanto para el legatario estraño como para el legatario heredero.

§. 223. Mas cuando una misma cosa ha sido legada por eleccion conjunta ó separadamente á dos ó mas legatarios que sean al mismo tiempo herederos segun nuestra opinion, ó aunque sean estraños segun la de la escuela contraria, cada uno de ellos debe tomar la parte que le toque.

TITULO XI.

De la ley Falcidia.

DE LA LEY FALCIDIA. §. 224. Antiguamente era lícito consumir en legados y manumisiones la totalidad del patrimonio, de tal manera que nada quedase al heredero fuera del vano título de tal. Así parecia autorizarlo la ley de las Doce Tablas al disponer que se llevase á efecto cualquiera disposicion testamentaria que uno hiciese de sus cosas; hé aquí las palabras de la ley. DE CUALQUIER MODO QUE UNO DISPUSIERE DE SU COSA, TENGASE ASI POR LEY. De aquí resultaba que los herederos instituidos se abstenian de la herencia, muriendo por lo tanto intestados muchos de los que de aquel modo disponian de sus bienes.

§. 225. Publicóse, pues, la ley Furia, segun la cual los legatarios y los donatarios *mortis causa*, á escepcion de ciertas

mortisue causa capere permissum non est. sed et haec lex non perfecit, quod uoluit. qui enim verbi gratia quinque milium aeris patrimonium habebat, poterat quinque hominibus singulis milenos asses legando totum patrimonium erogare. §. 226. Ideo postea lata est lex Voconia, qua cautum est, ne cui plus legatorum nomine mortisue causa capere liceret, quam heredes caperent. ex qua lege plane quidem aliquid utique heredes habere uidebantur; set tamen fere uitium simile nascebatur: nam in multas legatariorum personas distributo patrimonio, poterat adeo heredi minimum relinquere (*testator*), ut non expediret heredi, huius lucri gratia totius hereditatis onera sustinere. §. 227. Lata est itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne plus legare liceat, quam dodrantem. itaque necesse est, ut heres quartam partem hereditatis habeat. et hoc *nunc* iure utimur. §. 228. In libertatibus quoque dandis nimiam licentiam compescuit lex Furia Caninia, sicut in primo commentario rettulimus.

**** De inutiliter relictis legatis. §. 229. Ante *h*eredis institutionem *in*utiliter legatur, scilicet quia testamenta uim ex institutione heredis accipiunt, et ob id uelut caput et fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio. §. 230. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari potest. §. 231. Nostri praeceptores nec tutorem eo loco dari posse existimant: set Labeo et Proculus tutorem posse dari (*putant*), quod nihil ex hereditate erogatur tutoris datione. §. 232. Post mortem quoque heredis inutiliter legatur; id est hoc modo: CVM HERES MEVS MORTVVS ERIT DO, LEGO; aut: DATO. Ita autem recte legatur: CVM HERES MORIETVR: quia non post mortem heredis relinquitur, sed ultimo uitae eius tempore. Rursum ita non potest legari: PRIDIE QVAM HERES MEVS MORIETVR. quod non pretiosa ratione receptum uidetur. §. 233. Eadem et de libertatibus

§. 226. Conf. cit. pr. I. de leg. Falcid. ibique Theophilus. Cicero, in Verrem, Lib. I, cap. 43. item infra §. 274.

§. 227. Conf. cit. pr. I. de leg. Falcid. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 32. Epitome, II, 6.

§. 228. Conf. supra Commentar. I. §. 42. sq.

§. 229. §. 34. I. de legat. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 15. Paulus, Sent. recept. III, 6, §. 2.

§. 230. cit. §. 34. I. de legat. Conf. Vlpianus, Fragm. I. §. 20.

§. 231. *set Labeo* etc. Conf. §. 3. I. qui testam. tutor. dar. poss.

§. 232. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 16. Paulus, Sent. recept. III, 6, §. §. 5. 6. §. 35. I. de legat. item Commentar. III. §. 100. *pretiosa ratione*. Conf. Commentar. I. §. 190.

§. 233. Conf. Vlpianus, Fragm. I, §. 20.

personas, no podian tomar de la herencia como tales mas de mil *ases* ó libras. Pero esta ley no llenaba su objeto, porque el poseedor de una fortuna de cinco mil libras, por ejemplo, podia consumirla toda instituyendo cinco legatarios diferentes, á cada uno de los cuales dejase solo mil libras.

§. 226. Por lo tanto promulgóse despues la ley Voconia que prohibia á los legatarios y donatarios *mortis causa* recibir mas cantidad de la herencia que los herederos. Favoreciendo en apariencia esta ley á los últimos, presentaba, sin embargo, tantos inconvenientes como la primera, porque podia el testador, distribuyendo su patrimonio entre un gran número de legatarios, hacer tan mínima la parte del heredero, que no creyese éste conveniente aceptar las cargas de la sucesion por tan reducido provecho.

§. 227. En su consecuencia se adoptó al cabo la ley Falcidia, por cuyas disposiciones no pueden esceder los legados de las tres cuartas partes de los bienes del testador, siendo por tanto necesario que el heredero obtenga al menos la otra cuarta parte, y así se observa hoy.

§. 228. En cuanto á la manumision de los esclavos por testamento, la ley Furia Caninia le puso restricciones que ya dejamos espuestas en el primer comentario.

TITULO XII.

De los legados inútiles.

§. 229. Es inútil el legado que se hace antes de la institucion de heredero; porque los testamentos no tienen valor alguno sino en virtud de la institucion, la cual se considera como principio y base de todo el testamento.

§. 230. Por igual razon no puede concederse la libertad antes de la institucion de heredero.

§. 231. Los maestros de nuestra escuela creen que ni aun puede nombrarse tutor válidamente antes de la institucion, mientras que Labeon y Próculo opinan por el contrario que es válido este nombramiento, por cuanto al hacerlo nada se sustrae de la herencia.

§. 232. Tambien es inútil el legado hecho para despues de la muerte del heredero, como por ejemplo: DOY Ó LEGO LUEGO QUE HAYA MUERTO MI HEREDERO; ó bien: QUE EL DE. Mas el legado siguiente será válido: CUANDO HAYA DE MORIR MI HEREDERO, porque en este caso no se deja para despues de la muerte del heredero sino para el último tiempo de su vida. Tampoco puede legarse de este modo: LA VISPERA DEL DIA EN QUE MUERA MI HEREDERO: decision que no se apoya en ninguna razon sólida.

§. 233. Esto mismo debe entenderse acerca de las manumisiones.

dicta intellegemus. §. 234. Tutor uero an post mortem heredis dari possit quaerentibus eadem forsitan poterit esse quaestio, quae de (eo) agitatur, qui ante heredum institutionem datur. (De) poenae causa relictis legatis. §. 235. Poenae quoque nomine inutiliter legatur. poenae autem nomine legari uidetur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis heres aliquid faciat, aut non faciat; uelut quod ita legatur: SI HERES MEVS FILIAM SVAM TITIO IN MATRIMONIVM COLLOCAVERIT, X (MILIA) SEIO DATO; uel ita: SI FILIAM TITIO IN MATRIMONIVM NON COLLOCAVERIT, X MILIA TITIO DATO. sed et, si heres uerbi gratia intra biennium monumentum sibi non fecerit, x Titio dari iusserit, poenae nomine legatum ***** itaque ex ipsa definitione multas similes species ****** fingere possumus. §. 236. Nec libertas quidem poenae nomine dari potest; quamuis de ea re fuerit quaesitum. §. 237. De tutore uero nihil possumus quaerere, quia non potest datione tutoris heres compelli, quidquam facere, aut non facere: ideoque nec datur poenae *nomine* tutor; (*et si*) datus fuerit, magis sub condicione, quam poenae nomine datus uidebitur. §. 238. Incertae personae legatum inutiliter relinquitur. incerta autem uidetur persona, quam per incertam opinionem animo suo testator subiicit, *uel*ut si* ita legatum sit: QVI PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, (EI HERES) MEVS X (MILIA) DATO. idem iuris est si generaliter omnibus legauerit, quicumque ad funus meum uenerint. in eadem causa est, quod ita relinquitur: QVICVMQVE FILIO MEO IN MATRIMONIVM FILIAM SVAM COLLOCAVERIT, EI HERES MEVS X MILIA DATO. illud quoque in eadem causa est, quod ita relinquitur: QVI POST TESTAMENTVM CONSVLES DESIGNATI ERVNT: (*nam*) aeque incertis personis legari uidetur. et denique aliae multae huiusmodi species sunt. Sub certa uero demonstratione incertae personae recte legatur; uelut: EX COGNATIS MEIS, QVI NVNC SVNT, QVI PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, EI X MILIA HERES MEVS DATO. §. 239. Libertas quoque non uidetur incertae personae dari posse, quia lex Furia Caninia iubet nominatim seruos liberari. §. 240. Tutor quoque certus dari debet. §. 241. Postumo quoque alieno inutiliter legatur. *est autem* alienus postumus, qui natus inter suos heredes testatori futurus non est. ideoque ex emancipato *quo*que filio conceptus nepos extraneus **********

§. 234. Conf. supra §. 231. item Paulus, L. 7. de testamentar. tut.

§. 235. *Poenae* — — — TITIO DATO. §. 36. I. de legat. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 17.

§. 236. Conf. cit. §. 36. I. de legat.

§. 238. Conf. infra §. 287. item §. 25. I. de legat. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 18. Paulus, Sent. recept. III, 6, §. 13.

§. 239. Conf. cit. §. 25. I. de legat. item supra ad Commentar. I. notam §. 45. pag. 85.

§. 240. Conf. §. 27. I. de legat.

§. 241. *Postumo* — — — *nepos extraneus.* §. 26. I. de legat. Conf. infra §. 287.

§. 234. Y si tratásemos de inquirir si puede nombrarse tutor para despues de la muerte del heredero, quizá se suscitaria la misma controversia que existe sobre el nombramiento de tutor hecho antes de la institucion de heredero.

§. 235. Tambien es inútil el legado que se deja á título de pena. Se consideran dejados á título de pena los legados que se hacen para obligar al heredero á que haga ó deje de hacer alguna cosa, como cuando se lega de este modo: SI MI HEREDERO NO CASARE A SU HIJA CON TICIO, DE DIEZ MIL A SEYO: ó de este otro: SI NO CASARE A SU HIJA CON TICIO, DE DIEZ MIL A TICIO. Lo mismo sucederia si se mandase al heredero que en el caso de no labrar un sepulcro para sí en el término de dos años, diese diez mil á Ticio; y así de otras muchas especies semejantes que con arreglo á la definicion pueden imaginarse.

§. 236. Tampoco puede darse la libertad á título de pena, por mas que se hayan suscitado disputas sobre este punto.

§. 237. En cuanto á la designacion de tutor no hay lugar á dudas ni cuestiones, porque esta designacion no puede forzar al heredero á que haga ó deje de hacer alguna cosa, y por tanto no se dá tutor á título de pena; mas si se nombrase alguno de este modo, se le consideraría mas bien como tutor dado bajo condicion.

§. 238. Es inútil el legado que se deja á persona incierta. Considéranse como tales las personas de quienes no se ha formado el testador idea precisa, como si legase de este modo: AL PRIMERO QUE CONCURRA A MIS FUNERALES, DELE DIEZ MIL MI HEREDERO. Lo mismo se entiende si legase en general para todos los que concurran á sus funerales. En el mismo caso está el legado que se deja de este modo: A CUALQUIERA QUE CASARE A SU HIJA CON MI HIJO, DELE DIEZ MIL MI HEREDERO. Tambien el que se deja de este otro: A LOS QUE FUEREN DESIGNADOS CÓNSULES DESPUES DE HECHO MI TESTAMENTO; porque semejantes legados se consideran igualmente como hechos á inciertas personas, y así otros muchos de la misma especie. Mas cuando se hace designacion cierta, vale el legado que se deja á indestinada persona, por ejemplo: A AQUEL DE MIS PARIENTES ACTUALES QUE CONCURRA EL PRIMERO A MIS FUNERALES, LE DARA DIEZ MIL MI HEREDERO.

§. 239. Tampoco parece que puede conferirse la libertad á persona incierta, porque la ley Furia Caninia ordena que la manumision de los esclavos se ha de hacer nominalmente.

§. 240. La tutela debe encargarse igualmente á persona cierta.

§. 241. Tambien es inútil el legado hecho á un póstumo ageno. Se entiende por póstumo ageno aquel que al nacer no ha de contarse entre los herederos *suyos* del testador. Por tanto el pós-

********** *est eius* ********** *uxor* extraneus postumus patri contingis. §. 242. Ac ne heres quidem potest institui postumus alienus; est enim incerta persona. §. 243. Cetera vero, quae supra diximus, ad legata proprie pertinent, quamquam non inmerito quibusdam placeat, poenae nomine heredem institui non posse: nihil enim interierit, utrum legatum dare iubeatur heres, si fecerit aliquid, aut non fecerit, an coheres ei adiiciatur; quia tam heredis adiectione, quam legati datione compellitur, ut aliquid contra propositum suum faciat.

§. 244. An ei, qui in potestate sit eius, quem heredem instituimus, recte legemus, quaeritur. Seruius recte legari probat, sed euanescere legatum si, quo tempore dies legatorum cedere solet, adhuc in potestate sit: ideoque siue pure legatum sit et uiuo testatore in potestate heredis esse desierit, siue sub condicione et ante condicionem id acciderit, deberi legatum. Sabinus et Cassius sub condicione recte legari, pure non recte putant: licet enim uiuo testatore possit desinere in potestate heredis esse, ideo tamen inutile legatum intellegi oportere, quia quod nullas uires habiturum foret si statim post testamentum factum decessisset testator, hoc ideo ualere quia uitam longius traxerit, absurdum esset. diuersae scholae auctores nec sub condicione recte legari (*putant*), quia quos in potestate habemus, eis non magis sub condicione, quam pure debere possumus. §. 245. Ex diuerso constat, ab eo, qui in potestate (*tua*) est, herede instituto recte tibi legari: sed si tu per eum heres extiteris, euanescere legatum, quia ipse tibi legatum debere non possis; si uero filius emancipatus, aut seruus manumissus erit, uel in alium translatus, et ipse heres extiterit, aut alium (*heredem*) fecerit, deberi legatum.

§. 246. Hinc transeamus ad fideicommissa.

§. 247. Et prius de hereditatibus uideamus. §. 248. Inprimis igitur sciendum est, opus esse, ut aliquis heres recto iure instituatur, eiusque fidei committatur, ut eam hereditatem alii restituat: alioquin inutile est testamentum, in quo nemo recto iure heres instituitur. §. 249. Verba autem utilia fideicommisso-

§. 242. Conf. supra Commentar. I. §. 147. et infra huj. Commentar. §. 287. item §. 28. I. de legat. et pr. I. de bonor. possess.

§. 243. *quae supra diximus.* Vid. §. §. 229. 232. 235. *quamquam non inmerito* etc. Conf. §. 36. I. de legat.

§. 244. *An — — quaeritur.* Conf. §. 32. I. de legat. *Sabinus — putant.* Conf. cit. §. 32. I. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 23. *licet enim — — — absurdum esset.* Conf. cit. §. 32. I.

§. 245. Conf. §. 33. I. de legat. item Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 24. ubi tollendam esse negationem jam Cujacius monuit.

§. 246. pr. I. de fideicomm. heredit.

§. 247. cit. pr. I. de fideicomm. heredit.

§. 248. §. 2. I. per fideicomm. heredit. Conf. Epitome, II, 7, pr.

§. 249. §. 3. I. de singul. reb. per fideicomm. relict. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 2. Paulus, Sent. recept. IV, 1, §. 6.

tumo de un hijo mancipado se considera ageno. . . . . .

§. 242. Tampoco puede ser instituido heredero el póstumo ageno, porque se le considera como persona incierta.

§. 243. Lo que antes hemos dicho pertenece propiamente á los legados. Esto no obstante, algunos autores han creido no sin razon que no puede instituirse heredero á título de pena, porque poco importa que lo que se mande al heredero, si hace ó deja de hacer algo, sea que entregue un legado ó que admita un coheredero, pues que tanto en un caso como en otro resulta que se le obliga á hacer alguna cosa contra su voluntad.

§. 244. Dispútase sobre la validez del legado hecho á una persona sometida á la potestad del heredero instituido. Servio considera que es válido, pero que dejará de serlo, si el legatario subsiste aun bajo la potestad del heredero en la época ordinaria de pagar los legados. Y por lo tanto, que obliga el legado ora se deje puramente y saliere el legatario de la potestad del heredero antes de la muerte del testador, ora bajo condicion y saliere antes de cumplirse esta. Sabino y Casio consideran útil este legado, si se hace bajo condicion, y nulo si se hiciere puramente, pues aun cuando puede el legatario salir de la potestad del heredero en vida del testador, esto no obsta para haber por nulo este legado, porque sería absurdo que lo que ninguna fuerza habría tenido si hubiese muerto el testador al concluir el testamento, la adquiera despues porque viva mas largo tiempo. Los autores de la escuela opuesta juzgan que ni aun bajo condicion es válido este legado, por cuanto ni puramente ni bajo condicion podemos deber nada á los que tenemos en nuestra potestad.

§. 245. Por el contrario aprovecha el legado que se nos deje instituyendo heredero á un individuo sometido á nuestra potestad; pero si nos constituimos herederos en su lugar, entonces se desvanece el legado, por cuanto no podemos exigirlo de nosotros mismos; mas si se trata de un hijo mancipado ó de un esclavo manumitido ó transferido á otro señor, y que percibiere la herencia por sí mismo ó la hiciese percibir á otro, en todos estos casos es válido el legado.

TITULO XIII.

De las herencias fideicomisarias.

§. 246. Pasemos ahora á tratar de los fideicomisos.

§. 247. Y ocupémonos en primer lugar de las herencias.

§. 248. Importa sobre todo que se nombre en el testamento un heredero directo, á cuya fé se cometa la restitucion de la herencia á un tercero, pues que faltando la institucion de heredero directo, sería nulo el testamento.

§. 249. Las fórmulas válidas de los fideicomisos y las que

rum haec recte maxime in usu esse uidentur: PETO, ROGO, VOLO, FIDEICOMMITTO, quae proinde firma singula sunt, atque si omnia in unum congesta sint. §. 250. Cum igitur scripserimus: (LVCIVS) TITIVS HERES ESTO, possumus adiicere: ROGO TE, LVCI TITI, PETOQVE A TE, VT, CVM PRIMVM POSSIS HEREDITATEM MEAM ADIRE, GAIO SEIO REDDAS, RESTITVAS. possumus autem et de parte restituenda rogare; et liberum est, uel sub condicione, uel pure relinquere fideicommissa, uel ex die certa. §. 251. Restituta autem hereditate, is, qui restituit, nihilominus heres manet, is uero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis loco est, aliquando legatarii. §. 252. *Olim autem* nec heredis loco erat, nec legatarii, sed potius emptoris. tunc enim in usu erat, ei, cui restituebatur hereditas, nummo uno eam hereditatem dicis causa uenire; et quae stipulationes (*inter uenditorem hereditatis et emptorem interponi solent, eaedem interponebantur*) inter heredem et eum, cui restituebatur hereditas, id est, hoc modo: heres quidem stipulabatur ab eo, cui restituebatur hereditas, ut quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset, siue quid alias bona fide dedisset, eo nomine indemnis esset, et omnino si quis cum eo hereditario nomine ageret, ut recte defenderetur: ille uero, qui recipiebat hereditatem, inuicem stipulabatur, ut si quid ex hereditate ad heredem peruenisset, id sibi restitueretur; ut etiam pateretur, eum hereditarias actiones procuratorio aut cognitorio nomine exequi. §. 253. Sed posterioribus temporibus, Trebellio Maximo et Annaeo Seneca Consulibus, senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si cui hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, actiones, quae iure ciuili heredi et in heredem competerent, (*ei*) et in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. post quod senatusconsultum desierunt illae cautiones in usu haberi. Praetor enim utiles actiones ei et in eum, qui recepit hereditatem, quasi heredi et in heredem dare coepit: eaeque in edicto proponuntur. §. 254. Sed rursus quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem, aut paene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum, aut minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa, Pegaso et Pusione (*Consulibus*) senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret, quartam partem retinere, atque e lege Falcidia in legatis retinere conceditur. ex singulis quoque rebus, quae per fidei-

§. 250. cit. §. 2. I. de fideicomm. heredit. *possumus autem — rogare.* Conf. Epitome, II, 7, pr. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 11.
§. 251. §. 3. I. de fideicomm. heredit.
§. 252. Conf. Theophilus, II, 23, §. 3.
§. 253. §. 4. I. de fideicomm. heredit.
§. 254. §. 5. I. de fideicomm. heredit. *senatus — — — retinere conceditur.* Conf. Epitome, II, 7, pr. *per quod senatusconsultum* etc. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, §. §. 14. 15.

están mas en uso son las siguientes: PIDO, RUEGO, QUIERO, ENCARGO A LA FE, cualquiera de las cuales tiene por sí sola tanto valor, como si todas estuviesen refundidas en ella.

§. 250. Así, despues de haber escrito: SEA LUCIO TICIO MI HEREDERO, podemos añadir: RUEGOTE Y PIDOTE, LUCIO TICIO, QUE LUEGO QUE PUEDAS ADIR MI HERENCIA, SE LA VUELVAS Ó RESTITUYAS A GAYO SEYO. Tambien podemos rogar al heredero que restituya parte de la herencia solamente, siendo además libres de dejar los fideicomisos puramente ó bajo condicion ó desde cierto dia.

§. 251. No porque restituya la herencia, deja de ser heredero el que la restituye; empero el que la recibe, á veces es considerado como heredero, á veces como legatario.

§. 252. Antiguamente no se le consideraba como heredero ni como legatario sino mas bien como comprador, porque entonces estaba en uso que aquel á quien se restituia la herencia, la comprase dando por ella cierto precio ficticio en una venta imaginaria y de pura fórmula; y todas aquellas estipulaciones que tenian lugar entre el vendedor y el comprador de la herencia, se practicaban tambien entre el heredero y la persona á quien debia restituir la herencia: hé aquí como se efectuaba esto: el heredero estipulaba de la persona á quien debia restituirse la herencia, que él sería irresponsable y libre de cuanto se hubiese visto obligado á satisfacer como tal heredero, así como de todo lo que en otro concepto hubiese entregado de buena fé, ó invertido para su defensa en litigios sobre asuntos de la herencia; y á su turno dicha persona estipulaba del heredero que éste le restituiría cuanto hubiese adquirido por la herencia, y además le permitia proseguir las acciones hereditarias á título de su procurador ó agente.

§. 253. Pero posteriormente, siendo cónsules Trebelio Máximo y Anneo Séneca, se previno por un senadoconsulto que las acciones concedidas por el derecho civil al heredero y contra él, compitiesen á aquel á quien se hubiese restituido la herencia en virtud del fideicomiso; con lo cual dejaron de usarse despues de este senadoconsulto las cauciones de que antes hemos hecho mérito, pues el pretor empezó á dar acciones útiles en pró y en contra del que recibia la herencia, como se daban á favor y en contra del heredero, disponiéndolo así en el edicto.

§. 254. Mas como de ordinario se rogase á los herederos instituidos que restituyesen toda ó casi toda la herencia, y estos rehusasen aceptarla por el poco ó ningun lucro que les proporcionaba, resultando de aquí que quedaban sin efecto los fideicomisos, estableció el Senado, siendo cónsules Pegaso y Pusion, que pudiese el heredero encargado de restituir la herencia, retener para sí la cuarta parte, del mismo modo que respecto de los legados lo dispuso la ley Falcidia. Igual retencion está tambien permitida sobre cada uno de los objetos dejados en parti-

commissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. per quos senatusconsultum ipse (*heres*) onera hereditaria sustinet: ille autem, qui ex fideicommisso reliquam partem hereditatis recipit, legatarii partiarii loco est, id est, eius legatarii, cui pars bonorum legatur; quae species legati partitio uocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem. unde effectum est, ut quae solent stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, eaedem interponantur inter eum, qui ex fideicommissi causa recipit hereditatem, et heredem, id est, ut et lucrum et damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune sit. §. 255. Ergo siquidem non plus, quam dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tum ex Trebelliano senatusconsulto restituitur hereditas, et in utrumque actiones hereditariae pro rata parte dantur, in heredem quidem iure ciuili, in eum uero, qui recepit hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano. quamquam heres etiam pro ea parte, quam restituit, heres permanet, eique et in eum solidae actiones competunt: sed non ulterius oneratur, nec ulterius illi dantur actiones, quam apud eum commodum hereditatis remanet. §. 256. At si quis plus quam dodrantem, uel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, locus est Pegasiano senatusconsulto. §. 257. Set is, qui semel adierit hereditatem, si modo sua uoluntate adierit, siue retinuerit quartam partem, siue noluerit retinere, ipse uniuersa onera hereditaria sustinet: set quarta quidem retenta, quasi partis et pro parte stipulationes interponi debent, tamquam inter partiarium legatarium et heredem; si uero totam hereditatem restituerit, ad exemplum emptae et uenditae hereditatis stipulationes interponendae sunt. §. 258. Set si recuset scriptus heres adire hereditatem ob id, quod dicat, eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cauetur *Pega*siano senatusconsulto, ut desiderante eo, cui restituere rogatus est, iussu Praetoris adeat et restituat, perindeque ei et in eum, qui receperit, actiones dentur, ac iuris est ex senatusconsulto Trebelliano. quo casu nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic, qui restituit, securitas datur, et actiones hereditariae ei et in eum transferuntur, qui receperit hereditatem. §. 259. Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres institutus aut totam hereditatem, aut pro parte restituere rogetur, an ex parte heres institutus aut totam eam partem, aut partis partem restituere rogetur: nam et hoc

§. 255. *Ergo — — — ex senatusconsulto Trebelliano.* §. 6. I. de fideicomm. heredit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, cit. §. 14.
§. 256. cit. §. 6. I. de fideicomm. heredit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, cit. §. 14.
§. 257. cit. §. 6. I. de fideicomm. heredit.
§. 258. cit. §. 6. I. de fideicomm. heredit. *Set — — — senatusconsulto Trebelliano.* Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 16.
§. 259. §. 8. I. de fideicomm. heredit.

cular por fideicomiso. En virtud de este senadoconsulto pesan sobre el heredero todas las cargas de la herencia, y aquel que en virtud del fideicomiso recibe el resto de ella, es considerado como un colegatario ó legatario parcionero (*legatarius partiarius*), esto es, como un legatario á quien se lega parte de los bienes, cuya especie de legado se llama *particion*, porque el legatario parte la herencia con el heredero. De aquí ha resultado que esten en uso entre el heredero y el que recibe la herencia en virtud del fideicomiso, las mismas estipulaciones que entre el heredero y el legatario parcionero, es decir, que participen ambos proporcionalmente así del lucro como del daño hereditario.

§. 255. Por consiguiente cuando no escede de las tres cuartas partes de la herencia lo que se ruega al heredero que restituya, se hace la restitucion segun el senadoconsulto Trebeliano, y las acciones hereditarias competen á ambos en proporcion á sus respectivas partes de herencia; al heredero segun el derecho civil, y al que recibe la herencia segun aquel senadoconsulto. Esto no obstante, el heredero es considerado como tal aun respecto de la parte que restituye, y á él y contra él competen las acciones en totalidad; pero ni pesan las cargas sobre él, ni se le dan ulteriores acciones sino en tanto que la herencia le reporte ventajas.

§. 256. Empero si se ruega al heredero que restituya mas de las tres cuartas partes de la herencia ó toda ella, entonces tiene lugar el senadoconsulto Pegasiano.

§. 257. Una vez adida voluntariamente la herencia por el heredero, pesan sobre él todas las cargas hereditarias, sea que retenga para sí la cuarta parte ó que no la retenga; pero en el primer caso deben intervenir las mismas estipulaciones *quasi partis et pro parte* que entre el heredero y el legatario parcionero; y en el segundo estipulaciones semejantes á las de herencia comprada y vendida.

§. 258. No obstante, si el heredero instituido rehusase adir la herencia sospechando que puede serle perjudicial, dispone el senadoconsulto Pegasiano que á peticion de aquel á quien debiera restituir la herencia y por mandato del pretor la ada y la restituya, y que las mismas acciones concedidas por el senadoconsulto Trebeliano competan en este caso al que recibe la herencia y contra él, sin que haya necesidad de estipulacion alguna, por cuanto se dan garantias al que restituye la herencia, y al mismo tiempo se transfieren al que la recibe las acciones hereditarias activas y pasivas.

§. 259. No hay diferencia alguna entre el heredero de la totalidad, á quien se ruegue que restituya el todo ó parte de la herencia, y el heredero de una parte á quien se encargue la restitucion completa ó incompleta de su parte; porque aun en este

casu de quarta parte eius partis ratio ex Pegasiano senatusconsulto haberi solet.

§. 260. Potest autem quisque etiam res singulas per fideicommissum relinquere, uelut fundum, hominem, uestem, argentum, pecuniam; et uel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, uel legatarium, quamuis a legatario legari non possit. §. 261. Item potest non solum propria testatoris res per fideicommissum relinqui, sed etiam heredis, aut legatarii, aut cuiuslibet alterius. itaque et legatarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quae ei legata sit, sed etiam de alia, siue ipsius legatarii, siue aliena sit. sed hoc solum obseruandum est, ne plus quisquam rogetur alicui restituere, quam ipse ex testamento ceperit. nam quod amplius est, inutiliter relinquitur. §. 262. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere et praestare, aut aestimationem *eius* soluere; sicut iuris *est*, si per damnationem aliena res legata sit. sunt tamen, qui putant, si rem per fideicommissum relictam dominus non uendat, extingui fideicommissum; sed aliam esse causam per damnationem legati.

§. 263. Libertas quoque seruo per fideicommissum dari potest, ut uel heres rogetur manumittere, uel legatarius. §. 264. *Nec interest, utrum de suo proprio seruo testator* roget, an de eo, qui ipsius heredis *aut legatarii, uel etiam extranei sit. §. 265. Itaque et alienus seruus redimi et manumitti debet. quod *si dominus eum non uen*dat, sane *extinguitur libertas, quia pro libertate pre*tii computatio nulla interuenit. §. 266. Qui autem ex fideicommisso manumittitur, non testatoris fit *libertus, etiamsi te*statoris *seruus sit, sed eius, qui manumit*tit. §. 267. At qui directo testamento liber esse iubetur, uelut hoc modo: STICHVS

§. 260. pr. I. de singul. reb. per fideicomm. relict. *Potest — — pecuniam.* Conf. Epitome II, 7, §. 1. *vel legatarium* etc. Conf. infra §. 271. item Epitome, II, 7, §. 3. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 20.

§. 261. §. 1. I. de singul. reb. per fideicomm. relict. *Item — — alterius.* Conf. Epitome, II, 7, §. 4. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 5. *sed hoc solum* etc. Conf. Epitome, II, 7, §. 5.

§. 262. *Cum — — — soluere.* cit. §. 1. I. de sing. reb. p. fid. rel. Conf. Epitome, II, 7, §. 6. *sicut — legata sit.* Conf. Epitome, loc. cit.

§. 263. §. 2. I. de singul. reb. per fideicomm. relict. Conf. Epitome, II, 7, §. 7. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 18. II, §. 7.

§. 264. cit. §. 2. I. de sing. reb. p. fid. rel. Conf. Epitome, II, 7, cit. §. 7. Vlpianus, Fragm. II, §. 10. item infra §. 272.

§. 265. *Itaque — — uendat.* cit. §. 2. I. de sing. reb. p. fid. rel. *Itaque — manumitti debet.* Conf. Epitome, II, 7. cit. §. 7. *quodsi dominus* etc. Conf. Epitome, loc. cit. Vlpianus, Fragm. II, §. 11. cit. §. 2. I.

§. 266. cit. §. 2. I. de sing. reb. p. fid. rel. Conf. Vlpianus, Fragm. II, §. 8. Epitome, II, 7, cit. §. 7.

§. 267. cit. §. 2. I. de sing. reb. p. fid. rel. *At — — — fit libertus.* Conf. Vlpianus, Fragm. II, §. §. 8. 7. *Nec alius ullus* etc. Conf. Vlpianus, Fragm. I, §. 23. item infra §. 272.

caso suele tener aplicacion el senadoconsulto Pegasiano respecto á la cuarta parte.

TITULO XIV.

De las cosas singulares dejadas por fideicomiso.

§. 260. Tambien pueden dejarse por fideicomiso objetos particulares como un fundo, un esclavo, un vestido, la plata, el dinero, encargando la restitucion bien al mismo heredero, bien al legatario, aun cuando no sea permitido legar por medio de este.

§. 261. El testador puede dejar tambien por fideicomiso no solo las cosas que le pertenecen, sino tambien las del heredero ó legatario y aun las de cualquiera otra persona. Del mismo modo puede encargar al legatario no solo la restitucion de la cosa legada sino la de cualquiera otra, sea ó no propia suya, observando solamente que á ninguno debe encargársele restituya mas de lo que él mismo recibiere por testamento, pues que en tal caso sería nula la disposicion relativamente al esceso.

§. 262. Cuando se deja por fideicomiso una cosa agena, es necesario que aquel á quien se encarga su restitucion la compre y la entregue, ó que satisfaga su estimacion, segun está establecido respecto del legado de cosa agena por *condenacion*. Algunos autores creen, sin embargo, que se estingue el fideicomiso, si el dueño de la cosa legada no quiere venderla, si bien no sucede lo mismo respecto del legado por *condenacion*.

TITULO XV.

De la libertad concedida por fideicomiso.

§. 263. Tambien puede darse á un esclavo la libertad por fideicomiso, rogando al heredero ó legatario que lo manumita.

§. 264. Importa poco que el testador haga la súplica respecto de un esclavo suyo ó propio del heredero, del legatario y aun de cualquier estraño.

§. 265. Por consiguiente el esclavo estraño debe ser comprado y manumitido, pero si no quiere venderlo su señor, se estingue el fideicomiso, porque la libertad no admite precio equivalente.

§. 266. Mas el esclavo manumitido por fideicomiso no se hace liberto del testador, aun cuando fuera suyo, sino de aquel que lo manumite.

§. 267. Por el contrario, el manumitido directamente en testamento se hace liberto del testador, por ejemplo: SEA LIBRE

SERVVS MEVS LIBER ESTO, *uel* STICHVM* SER*VVM MEVM LIBERVM ESSE IVBEO, *is ipsius testa**toris fit libertus. Nec alius directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris **ex iure Quiritium fuerit, et quo faceret** testamentum, et quo moreretur.

§. 268. Multum autem differunt quae per fideicommissum relinquuntur, ab his, quae directo iure legantur. §. 269. Nam ecce per fideicommissum ****** heredis relinqui potest: cum alioquin legatum *** ********** inutile sit. §. 270. Item intestatus moriturus potest ab eo, ad quem bona eius pertinent, *fideicommissum* alicui relinquere: cum alioquin **legatum nisi testamento* facto *inutile sit. codicillis enim rel*ctum* non aliter ualet, quam si a testatore confirmati fuerint, id est, nisi in testamento cauerit testator, ut quidquid in codicillis scripserit, id ratum sit: fideicommissum uero etiam non confirmatis codicillis relinqui potest. §. 271. Item a legatario legari non potest: sed fideicommissum relinqui potest. quin etiam ab eo quoque, cui per fideicommissum relinquimus, rursus alii per fideicommissum relinquere possumus. §. 272. Item seruo alieno directo libertas dari non potest: sed per fideicommissum potest. §. 273. Item codicillis nemo heres institui potest, neque exheredari, quamuis testamento confirmati sint. at hic, qui testamento heres institutus est, potest codicillis rogari, ut eam hereditatem alii totam, uel ex parte restituat, quamuis testamento codicilli confirmati non sint. §. 274. Item mulier, quae ab eo, qui centum milia aeris census est, per legem Voconiam heres institui non potest, tamen fideicommisso relictam sibi hereditatem capere potest. §. 275. Latini quoque, qui hereditates legataque directo iure lege Iunia capere prohibentur,

§. 268. Conf. Epitome, II, 7, §. 8. verb. Praeterea inter fideicommissa etc.

§. 270. Conf. Epitome, II, 7, cit. §. 8. verb. Item legatum etc. Vlpianus, Fragm. XXV, §. §. 4. 8. Paulus, Sent. recept. IV, 1, §. 10. Consultatio, cap. 6. (Vid. Ius. civ. pag. 1487.) §. 10. I. de fideicomm. heredit. §. 1. I. de codicill.

§. 271. *Item — relinqui potest.* Conf. supra §. 260. item Epitome, II, 7. cit. §. 8. verb. Item per legatarium etc. *quin etiam* etc. Conf. Epitome, II, 7, §. 2. §. 1. I. de singul. reb. per fideic. relict.

§. 272. Epitome, II, 7, cit. §. 8. verb. Item per legatum etc. Conf. supra §. §. 264. et 267.

§. 273. Epitome, II, 7, cit. §. 8. verb. Item per codicillos etc. Conf. §. 2. I. de codicill.

§. 274. Conf. supra §. 226. *mulier — — institui non potest.* Conf. Cicero, in Verrem, Lib. I. cap. 42. pro Balbo, cap. 8. de Republ. Lib. III, cap. 10. Asconius, in Verrin. Lib. I, cap. 41. (ed. a. 1675. pag. 98.) Dio Cassius, Lib. LVI, cap. 10. Augustinus, de Civit. Dei, Lib. III, cap. 21. Gellius, Lib. XX, cap. 1. *tamen fideicommisso* etc. Conf. Cicero, de Finib. Lib. II, cap. 17.

§. 275. Conf. supra Commentar. I. §. §. 23. 24. et loci ibi allegati, imprimis, Vlpianus, Fragm. XXV. §. 7. item huj. Commentar. §. 110.

MI ESCLAVO ESTICO, ó bien: MANDO QUE SEA LIBRE MI ESCLAVO ESTICO. Pero para obtener directamente la libertad por testamento, es necesario que el esclavo pertenezca al testador por derecho quiritario, no solo cuando hizo el testamento, sino tambien al tiempo de su muerte.

TITULO XVI.

Diferencia entre los fideicomisos y lo que se deja directamente.

§. 268. Hay gran diferencia entre las cosas que se dejan por fideicomiso y las que se dejan directamente.

§. 269. En efecto, puede dejarse por fideicomiso. . . . . del heredero; al paso que el legado. . . . . es inútil.

§. 270. Además el que muere intestado, puede dejar á otro un fideicomiso por medio de la persona á quien pertenecen sus bienes, en tanto que sin testamento es inútil el legado, pues el que se deja en codicilo no vale si no se halla confirmado por testamento, es decir, si no ratifica en él el testador lo determinado en el codicilo, cuando por el contrario el fideicomiso puede dejarse aun en codicilos no confirmados por testamento.

§. 271. Por otra parte no se puede legar por medio del legatario; pero puede dejarse un fideicomiso no solo por medio de él, sino igualmente por medio de aquel á quien se deja alguna cosa tambien por fideicomiso.

§. 272. Tampoco está en nuestra mano conceder directamente la libertad al esclavo ageno, al paso que podemos hacerlo por fideicomiso.

§. 273. Asimismo no se puede instituir heredero ni desheredar en codicilos aunque estén confirmados por testamento; pero es válido aun en codicilos no confirmados rogar al heredero instituido en testamento que restituya á otro el todo ó parte de la herencia.

§. 274. Tambien la mujer que, segun la ley Voconia, no puede ser instituida heredera por aquel que en el censo contare con una fortuna de cien mil libras (*centum millia æris*), puede no obstante recibir la herencia dejada por fideicomiso.

§. 275. Igualmente los Latinos, á quienes la ley Junia pro-

ex fideicommisso capere possunt. §. 276. Item cum senatusconsulto prohibitum sit, proprium seruum minorem annis XXX liberum et heredem instituere, plerisque placet, posse nos iubere liberum esse cum annorum XXX erit, et rogare, ut tunc illi restituatur hereditas. §. 277. Item quamuis non (*possimus*) post mortem eius, qui nobis heres extiterit, alium in locum eius heredem instituere, tamen possumus eum rogare, ut, cum morietur, alii eam hereditatem totam, uel ex parte restituat. et quia post mortem quoque heredis fideicommissum dari potest, idem efficere possumus et si ita scripserimus: CVM TITIVS HERES MEVS MORTVVS ERIT, VOLO HEREDITATEM MEAM AD PVBLIVM MARVIVM PERTINERE. utroque autem modo, tam hoc, quam illo, Titium heredem *nostrum* obligatum relinqui*mus* de fideicommisso restituendo. §. 278. Praeterea legata (*per*) formulam petimus: fideicommissa uero Romae quidem aput Consulem, uel aput eum Praetorem, qui praecipue *de* fideicommissis ius dicit, persequimur; in prouinciis uero aput praesidem prouinciae. §. 279. Item de fideicommissis semper in urbe ius dicitur: de legatis uero, cum res aguntur. §. 280. Fideicommissorum usurae et fructus debentur, si modo moram solutionis fecerit, qui fideicommissum debebit: legatorum uero usurae non debentur; idque rescripto diui Hadriani significatur. scio tamen Iuliano placuisse, in eo legato, quod sinendi modo relinquitur, idem iuris esse, quod in fideicommissis: quam sententiam et his temporibus magis obtinere video. §. 281. Item legata graece scripta non ualent: fideicommissa uero ualent. §. 282. Item si legatum per damnationem relictum heres infitiatur, in duplum cum eo agitur: fideicommissi uero nomine semper in simplum persecutio est. §. 283. Item (*quod*) quisque ex fideicommisso plus debito per errorem soluerit, repetere potest: at id, quod ex causa falsa per damnationem legati plus debito solutum sit, repeti non potest. idem scilicet iuris est de eo legato, quod non debitum uel ex hac, uel ex illa causa per errorem solutum fuerit.

§. 284. Erant etiam aliae differentiae, quae nunc non sunt. §. 285. Vt ecce peregrini poterant fideicommissa *capere*: et fere haec fuit origo fideicommis*sorum*. sed postea id prohibitum est;

§. 276. *Item — — instituere.* Conf. supra Commentar. I. §. 18.
§. 277. Conf. supra §. 184. item Epitome, II, 7, cit. §. 8. verb. Item quamuis etc. *Item — — — dari potest.* Epitome, loc cit.
§. 278. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 12.
§. 280. *Fideicommissorum — — — non debentur.* Conf. Epitome, II, 7, cit. §. 8. verb. Praeterea et in hoc etc.
§. 281. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 9.
§. 282. *Item — — agitur.* Conf. infra Commentar. IV. §. 9. item §. ult. I. de obligationib. quasi ex contractu. Epitome, II, 7, cit. §. 8. in fin.
§. 283. *idem scilicet iuris est* etc. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 33. ubi, ut ex hoc Gaji loco apparet, bene se habet negatio a Schultingio sollicitata. Conf. etiam cit. §. ult. I. de oblig. quasi ex contr.
§. 285. *Vt — — fideicommissorum.* Conf. Theophilus, II, 23, §. 1.

hibe recibir los legados y herencias dejados directamente, pueden no obstante recibirlos por fideicomiso.

§. 276. Del mismo modo aunque está prohibido por un senadoconsulto instituir libre y heredero al esclavo propio menor de treinta años, es sin embargo opinion generalmente recibida que podemos mandar que sea libre cuando cumpla los treinta años, y rogar que entonces se le restituya la herencia.

§. 277. Además, aun cuando no podamos para despues de la muerte de nuestro heredero instituir otro en su lugar, podemos sin embargo rogarle que restituya á otro el todo ó parte de la herencia luego que muera. Y puesto que puede darse el fideicomiso despues de la muerte del heredero, tambien podríamos hacerlo en esta forma: LUEGO QUE MI HEREDERO TICIO MUERA, QUIERO QUE PERTENEZCA MI HERENCIA A PUBLIO MEVIO, pues que tanto de un modo como de otro dejamos á nuestro heredero obligado á la restitucion del fideicomiso.

§. 278. Hacemos la reclamacion judicial de los legados por una accion especial (*per formulam*); en tanto que los fideicomisos los reclamamos en Roma ante el cónsul ó ante el pretor encargado particularmente de ellos, y ante el presidente en las provincias.

§. 279. Cualquier tiempo es hábil en Roma para tratar en juicio de los fideicomisos, mientras que no puede tratarse de los legados sino en las épocas determinadas.

§. 280. Cuando el que debe un fideicomiso fuere moroso en su entrega, debe abonar los intereses y los frutos, al paso que por la demora en entregar los legados no hay que pagar los intereses segun resulta de un rescripto del emperador Adriano. No ignoro, sin embargo, que Juliano decidió se observase respecto del legado *por via de tolerancia* lo mismo que acerca de los fideicomisos se halla establecido, y que esta decision se observa todavía generalmente en nuestro tiempo.

§. 281. Son nulos los legados escritos en lengua griega, mas no así los fideicomisos.

§. 282. Cuando el heredero rehusa entregar un legado hecho *por condenacion*, se dá contra él accion al duplo, mientras que cuando se trata de un fideicomiso, la accion es siempre sencilla.

§. 283. Si equivocadamente pagare alguno mas de lo que debia por fideicomiso, tiene accion para reclamar el escedente; pero no puede repetirse lo que se pagare de mas por causa falsa en el legado *por condenacion*. Lo mismo se halla establecido respecto del legado indebido que por cualquier causa se hubiese pagado erróneamente.

§. 284. Habia además otras diferencias que ya no existen.

§. 285. En efecto, antiguamente podian los extranjeros percibir los fideicomisos, siendo este tal vez su orígen; pero despues se les negó esta facultad: al presente reivindica el fisco se-

et nunc ex oratione diui Hadriani senatusconsultum factum est, ut ea fideicommissa fisco uindicarentur. §. 286. Caelibes quoque, qui per legem Iuliam hereditates legataque capere prohibentur, olim fideicommissa uidebantur capere posse. Item orbi, qui per legem Papiam ob id, quod liberos non habent, dimidias partes hereditatum legatorumque perdunt, olim solida fideicommissa uidebantur capere posse. Sed postea senatusconsulto Pegasiano perinde fideicommissa quoque, ac legata hereditatesque capere posse prohibiti sunt. eaque translata sunt ad eos, qui testamento liberos habent, aut si nullos liberos habebunt, ad populum, sicuti iuris est in legatis et in hereditatibus. §. 287. Eadem aut simili ex causa autem olim incertae personae, uel postumo alieno per fideicommissum relinqui poterat, quamuis neque heres institui, neque legari ei possit. sed senatusconsulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, idem in fideicommissis, quod in legatis hereditatibusque, constitutum est. §. 288. Item poenae nomine iam non dubitatur, nec per fideicommissum quidem relinqui posse.

§. 289. Set quamuis in multis iuris partibus longe latior causa sit fideicommissorum, quam eorum, quae directo relinquuntur; in quibusdam tantumdem ualeant: tamen tutor non aliter testamento dari potest, quam directo, ueluti hoc modo: LIBERIS MEIS TITIVS TVTOR ESTO, uel ita: LIBERIS MEIS TITIVM TVTOREM DO: per fideicommissum uero dari non potest.

§. 286. *Caelibes — — prohibentur.* Conf. supra §. §. 111. et 114. item Vlpianus, Fragm. XIII. XVII, §. 1. XXII, §. 3. L. 1. C. Theod. de infirm. poen. caelibat. et orbit. (Constantin. M.) L. 1. C. Iust. eod. Sozomenus, Hist. ecclesiast. Lib. I, cap. 9. *orbi — — perdunt.* Conf. supra §. 111. item Vlpianus, Fragm. XIII. cit. L. 1. C. Theod. cit. L. 1. Cod. Iust. Sozomenus, loc. cit. Iuvenalis, Sat. IX, vers. 83. 87. 88. *qui testamento liberos habent* etc. Conf. supra §. §. 206. 207. 150. et loci ibi allegati.

§. 287. *quamuis neque heres institui, neque legari ei possit.* Conf. supra §. §. 238. 241. 242. *idem in fideicommissis* etc. Conf. §. 25. I. de legat. et Vlpianus, Fragm. XXV, §. 13.

§. 288. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, cit. §. 13.

§. 289. *tutor — — do.* Conf. supra Commentar. I. §. 149.

COMMENTARII SECUNDI FINIS.

mejantes fideicomisos en virtud de un senadoconsulto hecho á propuesta del emperador Adriano.

§. 286. Tambien parece que antiguamente los célibes, á quienes estaba prohibido por la ley Julia recibir herencias ni legados, podian no obstante recibir los fideicomisos. Asimismo *los que no tienen hijos* (*orbi*), y que segun la ley Papia pierden por esta causa la mitad de las herencias y de los legados, podian en otro tiempo recibir por completo los fideicomisos. Mas despues el senadoconsulto Pegasiano les quitó toda capacidad de percibir tanto los fideicomisos como los legados y las herencias, transfiriendo los primeros á las personas inscritas en el testamento que tuviesen descendencia, y no teniéndola, al pueblo segun se observa en los legados y en las herencias.

§. 287. Por igual ó semejante causa se podia antiguamente dejar un fideicomiso á persona incierta ó al póstumo estraño, aun cuando no podian estas personas recibir herencias ni legados. Mas un senadoconsulto adoptado con aprobacion de Adriano, decidió que se observasen en estos casos respecto de los fideicomisos las mismas disposiciones que acerca de las herencias y de los legados.

§. 288. Además, no admite duda que nada puede ya dejarse ni aun por fideicomiso á título de pena.

§. 289. Pero aunque generalmente sea mas lato el derecho respecto de los fideicomisos que de lo que se deja directamente, é igual en ciertos casos, no puede sin embargo darse tutor en testamento sino de un modo directo, á saber: SEA TICIO TUTOR DE MIS DESCENDIENTES, Ó ASÍ: DOY A MIS DESCENDIENTES POR TUTOR A TICIO: mas nunca puede darse tutor por fideicomiso.

FIN DEL COMENTARIO SEGUNDO.

NOTAS

DEL COMENTARIO SEGUNDO.

§. 7. El motivo de que no pudiese haber lugares religiosos en las provincias, consistia en que el dueño de un terreno situado en ellas tenia solamente la posesion y el usufructo, pues que la propiedad pertenecia al pueblo romano ó al emperador. Ahora bien, para hacer religioso un lugar, hubiera sido preciso obtener el consentimiento del pueblo romano ó del emperador; pero como esto era muy difícil, solo se buscaba el consentimiento del dueño del terreno, resultando de aquí que semejante lugar no podia llamarse religioso sino por una especie de analogía.

§. 14. *In fine.* De servitutibus in Epitome legitur hic locus: Incorporalia etiam sunt jura praediorum urbanorum uel rusticorum. *Praediorum urbanorum jura sunt: stillicidia; fenestrae; cloacae; altius erigendæ domus, aut non erigendae; et luminum, ut ita quis fabricet, ut vicinae domui lumen non tollat. Praediorum uero rusticorum jura sunt: uia; uel iter, per quod pecus aut animalia debeant deambulare, uel ad aquam duci; et aquaeductus: quae similiter incorporalia sunt.* Haec jura tam rusticorum, quam urbanorum praediorum servitutes appellantur. Conf. infra §. 31.

§. 15. Parece que se daba el nombre de *mancipi* á las cosas que mas valian en Italia. En efecto, los fundos rurales y todo lo que con ellos tenia relacion, era lo de mas precio para los antiguos romanos; tales eran los *Praedia Italica, seruitutes praediorum rusticorum, serui, quadrupedes quae dorso colloue domantur*; y es de presumir que si los camellos no se contaban en el número de las cosas *mancipi*, mas provenia esto de que no eran indígenas de Italia, que de que fuesen *ferae bestiae.*

Una cosa *mancipi* no podia llegar á ser propiedad quiritaria de otra persona sino por uno de los modos de adquirir del derecho civil (la mancipacion). Las cosas no *mancipi* bastaba que se adquiriesen de cualquier modo.

§. 22. La cesion judicial es posterior á la mancipacion, y puede ser considerada como un equivalente de la tradicion. Así es que se emplea siempre que la tradicion es imposible respecto de todas las servidumbres (§. 28 de este coment.); respecto del usufructo (§. 30 del mismo coment.), y de la herencia (§. §. 34—38. id.).

§. 27. Una parte de este pasaje se puede restablecer del modo siguiente: *In summa* admonendi sumus, *nexum Italici soli proprium jus* esse, prouincialis soli nexum non *esse: recipit enim nexus* significationem solum non aliter, *quam si* mancipi *est*, prouinciale *vero* nec mancipi *est*.

§. 31. Se ha reconocido que el usufructo vá unido á la persona del usufructuario, y que por consiguiente no puede este enagenarlo: por otra parte tampoco puede el usufructuario conceder servidumbres reales por cesion judicial, pues no tiene derecho de enagenar lo que no le pertenece; no es pues estraño que se observase lo mismo respecto del poseedor de un predio de provincia, pues que no se le consideraba propietario de él. Solamente podia, mediante estipulacion, obligarse á ceder á otro el goce de aquel predio en que solo tenia la posesion.

§. 39. Quid cognitores et procuratores (qui aliorum lites suscipiebant).... Utrosque fuisse causarum ministros et suffragatores, docet Imperator. *L. ult. C. Theod. de cognit. et procurat.* . . . . . in eo positam esse differentiam, quod 1.° cognitores praecipue in status controversiis; procuratores in reliquis caussis civilibus locum habuerunt: 2.° quod cognitores cum sollemnitate aliqua a praesentibus; procuratores sine ejus modi sollemnitate per mandatum ab absentibus fuerunt constituti. (Heinec., Lib. IV, tit. 10, §. 3.)

Asconius Pedianus *in Divinat.* c. 4: *qui defendit alterum in judicio, aut* PATRONUS *dicitur, si orator est*; *aut* ADVOCATUS, *si aut jus suggerit, aut praesentiam suam commodat amico*: *aut* PROCURATOR, *si negotium suscipit*; *aut* COGNITOR, *si praesentis caussam novit, et sic tuetur, ut suam.*

§. 42. La usucapion es sin duda alguna el modo mas antiguo de adquirir, pues que no supone propietario anterior. Los bienes de los pupilos podian ser usucapidos. Segun Ciceron (*pro Flacco.* cap. 34. *Ep. ad Attic.* L. V.), se sabia solamente que los bienes de las mujeres sometidas á la tutela legítima no podian enagenarse sin autorizacion de sus tutores. Apoyándose en L. XLVIII. Dig. de Acquir. rer. domin. (41. 1.) L. X. pr. D. quem. serv. (8. 6.) L. IX. de Usucap. pro emptore (7. 26.), han pretendido algunos autores que lo mismo sucedia respecto de los bienes de todos los pupilos. Pero véanse en apoyo de la opinion contraria, L. II, D. de eo qui pro tut. (27. 5.) L. IV, §. 24. D. de dolo malo (44. 4.). Véase la opinion de Unterholzner, Veriaehrung. p. 154. Gans cree que tanto los bienes muebles de los pupilos como los inmuebles no eran imprescriptibles aun por la legislacion de Justiniano.

§. 45. Créese que la ley Julia es del tiempo de Augusto hácia el año 748 de Roma; y la ley Plaucia del tiempo de la república por el año 666.

§. 61. *Praediatura, praediator.* Estas palabras eran desconocidas.

§. 104. *Mancipat alicui.* . . . . . FAMILIAM *suam*, etc., etc. Por *familia* se entiende la herencia ó el conjunto y la totalidad de los derechos del testador.

En el principio (véase el párrafo precedente) se mancipaba directamente á la persona elegida para suceder, y el heredero no era otro que el *emptor familiae*. Mas despues se creyó que era peligroso para el testador elegir por heredero de una manera tan pública á un emperador, cuyo título demasiado cierto podría ser considerado como un derecho irrevocable. De aquí resultó que el adquirente del patrimonio no fué ya sino un intermediario

entre el testador y el verdadero heredero. Véanse las Instituas esplicadas, t. II, p. 5.

§. 106. Gayo decide en este párrafo que no puede el padre servir de testigo en el testamento hecho por el hijo de familia que quiere disponer de su peculio castrense. Ulpiano y Marcelo son de opinion contraria. (L. XX, §. 2. Dig. *qui test. fac.)*

§. 108. *In fine.* Este consejo se convirtió en regla imperativa en tiempo de Justiniano, y con mucha razon porque entonces ya no habia mancipacion, *et totum negotium quod agebatur, testamenti ordinandi gratia*, tenia lugar entre el testador y el mismo heredero.

Créese que las tres maneras de testar existieron mucho tiempo antes y despues de la ley de las Doce Tablas; mas tarde, pero todavía en tiempo de la república, no se usaba mas que el testamento por mancipacion, al que se agregó bien pronto bajo Antonino la *bonorum possessio secundum tabulas*. Parece que el testamento por mancipacion se abolió al fin por una novela del emperador Teodosio. (Véase Jus civ. antej. p. 1251.) Savigny pretende que no se abolió sino por una novela de Valentiniano. (Zeits. f. g. r., t. I, cap. I, pag. 89.

§. 109. Este privilegio concedido primeramente por Julio César no era al principio sino una concesion temporal, que fué renovada sucesivamente por Tito y por Domiciano, transformada en regla por Nerva y confirmada últimamente por Trajano.

Como parece cierto que los militares no gozaban en todo tiempo y lugar de este privilegio, debemos concluir, no obstante la asercion de Gayo, que les fué concedido menos *propter nimiam imperitiam*, que en razon de los peligros á que ordinariamente están espuestos.

§. 111. Es probable que despues de haber tratado de los testamentos militares, se ocupase Gayo en seguida de las personas *quibus non est permissum facere testamentum.* Véase este título en las Institutas de Justiniano y Ulpiano, Frag. XX, §. 10. sq. Ademas se lee en el Epítome, II, 2. §. §. 1—3. «§. 1. Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum: sic ut sunt hi, qui sui juris non sunt, sed alieno juri subjecti sunt, hoc est, filii, tam ex nobis nati, quam adoptivi. §. 2. Item testamenta facere non possunt impuberes, id est, minores quatordecim annorum, aut puellae duodecim. §. 3. Item et hi, qui furiosi, id est, mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. Sed hi, qui insani sunt, per intervalla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta.»

§. 119. Así acontecia que un testamento nulo por el derecho civil podia ser válido segun el derecho honorario; y el Pretor en este caso concedia á los herederos instituidos no la herencia propiamente dicha, sino la posesion de los bienes, que lo mismo que la herencia consistia en la sucesion de todos los derechos activos y pasivos del difunto. Esta última sucesion era toda *pretoria*, al paso que la otra resultaba de derecho civil.

§. 123. La obligacion impuesta al padre de familia de desheredar formalmente al hijo sujeto á su potestad, resulta, á lo que parece, de que los miembros de una misma familia eran considerados entre los romanos como propietarios en cierto modo de los bienes de la familia; de manera que por muerte de su jefe no eran estos bienes, rigorosamente hablando, una

nueva adquisicion para ellos, sino la conservacion de lo que no habia dejado de pertenecerles. De aquí la obligacion de quitar antes la herencia á los herederos suyos, para poder deferirla á otra persona. Véanse las Instituta esplicadas, t. II, pág. 41.

§. 124. Esta diferencia de resultado, entre la omision de un hijo y la de los demas descendientes sometidos á la potestad del mismo ascendiente, proviene de que la potestad que unia á este con sus descendientes, constituia respecto del hijo un lazo mas fuerte que respecto de la demas descendencia. Otra prueba de esto se encuentra en el Comentario primero, §. 135. *in fine*; y en el presente Comentario, §. 127.

. . . . . *praeteritae istae personae*, etc. Se entienden omitidos ó preteridos los descendientes, no solo cuando han sido totalmente olvidados en el testamento, sino tambien cuando no se les instituye ó deshereda legalmente. §. 2. I. *De Heredit. quae ab intest.*

§. 128. Hé aquí como podria restituirse este pasaje: *Masculorum ceterorum* personae, uel feminini sexus *liberi aut nominatim exheredandi sunt, aut inter ceteros, uelut hoc modo: ceteri exheredes sunto: quae verba post institutionem* heredum adjici solent. Sed *haec ita sunt jure civili.*

§. 134. La ley Junia Veleya se promulgó el año 763 de Roma, 10 de la Era cristiana.

§. 150. Gayo habla aquí de la *lex Julia caducaria.*

. . . . . *caducan los bienes*, es decir, quedan vacantes.

§. 202. In Epitome, II, 5, §. 2. post expressam hujus §. sententiam, adjecta leguntur haec: «Sed si testator rem alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non potest, et inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est, ab herede aut ipsam rem, aut aestimationem rei in pretio legatario dari.»

§. 205. Eulero cree que el principio de este párrafo puede leerse así: Est et *alia differentia inter legatum per uindicationem et per damnationem*: si *enim* eadem res, etc., etc.

. . . . . *plane singulis partes debentur.* Heiss cree que despues de estas palabras deberia seguir: *siue omnes ueniant at legatum, siue non.* Pero Eulero encuentra preferible: *sicut in per uindicationem legato.* Conf. Epit. II, 5, §. 4.

§. 213. De este párrafo se deduce que el legado *sinendi modo* no daba accion real; testo que demuestra el error en que Pothier ha incurrido. Véase Pandect. Just. XXX, 2. y 96.

§. 218. . . . . *Sed Juliano et Sexto*, etc. Es verosimil que con el antenombre Sexto, haya querido Gayo designar á Pomponio. Conf. Fragm. Vatic. §. 88.

§. 222. FAMILIAE ERCISCUNDAE. Esta accion procedia de la ley de las Doce Tablas que disponia: NOMINA INTER HEREDES PRO PORTIONIBVS HEREDITARIIS ERCTA CITA SVNTO, CETERARVM FAMILIAE RERVM ERCTO NON CITO, SI VOLENT HEREDES, ERCTVM CITVM FACIVNTO. PRAETOR AD ERCTVM CIENDVM ARBITROS TRES DATO.

Sobre la palabra ERCTVM dice Festo: «*Erctum* citumque fit inter consortes, ut in libris legum Romanarum legitur. Erctum a *coercendo* dictum, unde

erciscundae et ercisci.» ERCTVM ergo est quasi *coercitum*, id est, integrum, indivisum. ERCTVM CITVM est hereditas divisa et ERCTVM NON CITVM est patrimonium non divisum. ERCTUM CIENDUM, hereditas dividunda. ERCTO NON CITO, patrimonio uel hereditate non diuisa. Ex illis antiquis atque obsoletis vocibus nata est postea phrasis *familiam erciscere*.

§. 225. Hauboldt coloca la ley Furia testamentaria, que no debe confundirse con la Furia ó Fusia Caninia, hácia el año 571 de Roma.

Voconio Saxa hizo promulgar la ley Voconia en el año 584, siendo cónsules Cepion y Filipo; y la ley Falcidia se promulgó en el 714 bajo el consulado de Calvino y Polion.

§. 253. El senadoconsulto Trebeliano data del año 815 de Roma.

§. 254. El senadoconsulto Pegasiano se promulgó por los años 828 de Roma.

§. 268. Algun tiempo despues equiparó Justiniano los legados á los fideicomisos. Véase I, Lib. II, tít. 20, §. 3.

§. 285. El ciudadano romano que por actos de última voluntad no podia favorecer á ciertas personas, respecto de las cuales no tenia testamentifaccion (tales eran los *peregrini*), usaba del siguiente rodeo: instituia á una persona capaz de recibir la herencia ó el legado, mas le encargaba que entregase el todo ó parte de la herencia ó del legado á la persona que en realidad queria favorecer.

§. 286. Gayo en este párrafo y Ulpiano (Fragm. 25, §. 6.) atribuyen al senadoconsulto Pegasiano una disposicion que Modestino (L. LIX. *ad leg. Falcid.*) hace derivar del senadoconsulto Plauciano.

FIN DE LAS NOTAS DEL COMENTARIO SEGUNDO.

GAII INSTITVTIONVM.

COMMENTARIVS TERTIVS.

LA INSTITUTA DE GAYO.

COMENTARIO TERCERO.

GAII

INSTITVTIONVM.

COMMENTARIVS TERTIVS.

(§. 1. INTESTATORUM *hereditates lege* XII *tabularum primum ad suos heredes pertinent.* §. 2. *Sui autem heredes existimantur liberi, qui in potestate morientis fuerint, ueluti filius filiaue, nepos neptisue ex filio, pronepos proneptisue ex nepote filio nato prognatus prognataue. nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptiui. ita demum tamen nepos neptisue et pronepos proneptisue suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate parentis esse, siue morte id acciderit, siue alia ratione, ueluti emancipatione. nam si per id tempus, quo quis moritur, filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. idem et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegimus.* §. 3. *Vxor quoque, quae in manu est, sua heres est, quia filiae loco est. item nurus, quae in*

§. §. 1—17. Mos. et Rom. Leg. Collatio, Tit. XVI, §. 2. quae ita inscripta est: Gajus Institutionum Libro III. legitimas sic ordinat successiones.

§. 1. §. 1. I. de heredit. q. ab intest. defer. Conf. Epitome, II, 8, pr. Vlpianus, Fragm. XXVI, §. 1.

§. 2. §. 2. I. de heredit. q. ab intest. defer. Conf. Epitome, II, 8, pr. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 14. XXVI, §. 1. item supra Commentar. II. §. 156.

§. 3. Conf. supra Commentar. II. §. §. 139. 159. infra hui. Commentar. §. 40. item Vlpianus, Fragm. XXII, §. 14. XXIII, §. 3. XXIX, §. 1. Gellius, Lib. XVIII, cap. 6.

LA INSTITUTA DE GAYO.

COMENTARIO TERCERO.

DE LAS SUCESIONES ABINTESTATO Y DE LAS OBLIGACIONES.

TITULO PRIMERO.

De las herencias abintestato.

§. 1. La herencia de los intestados pertenece en primer lugar, segun la ley de las Doce Tablas, á los herederos *suyos*.

§. 2. Se consideran herederos *suyos* los descendientes que estuvieren bajo la potestad del difunto al tiempo de su muerte, como el hijo, la hija, el nieto y la nieta procedentes de hijo varon, el biznieto y la biznieta tambien por línea de varon, sin que haya diferencia entre los naturales y adoptivos. Sin embargo, para considerar como herederos *suyos* á los nietos y biznietos de ambos sexos, es necesario que el antecesor de estos no se encuentre bajo la potestad del ascendiente, bien por muerte ó por cualquiera otra causa, cual la emancipacion por ejemplo. Porque si en la época de su fallecimiento tenia el padre de familia bajo su potestad á su hijo, no puede el nieto, hijo de este, ser heredero *suyo*, entendiéndose lo mismo respecto á los demas descendientes.

§. 3. Tambien son herederos *suyos* la mujer que está sometida al poder (*manus*), porque ocupa el lugar de hija, y la nuera

filii manu est; nam et haec neptis loco est. sed ita demum erit sua heres, si filius, cuius in manu erit, cum pater moritur in potestate eius non sit. idemque dicimus et de ea, quae in nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est. §. 4. *Postumi quoque, qui si uiuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt.* §. 5. *Idem iuris est de his, quorum nomine ex lege Aelia Sentia, uel ex senatusconsulto post*) mortem patris causa probatur. nam et hi, uiuo patre causa probata, in potestate eius futuri essent. §. 6. Quod etiam de eo filio, qui ex prima secundaue mancipatione post mortem patris manumittitur, *in*tellegemus. §. 7. Igitur cum filius filiaue et ex altero filio nepotes neptesue extant, pariter ad hereditatem uocantur; nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit. aequum enim uidebatur, nepotes neptesue in patris sui locum portionemque succede*re*. pari ratione et si nepos neptis*ue* sit ex filio et ex nepote pronepos *pro*neptisue, simul omnes uocantur ad hereditatem. §. 8. Et quia placebat, nepotes nept*es*ue, item pronepotes proneptesue in parentis sui locum succedere, conueniens esse uisum est, non in capita, sed (*in*) stirpes hereditates diuidi. ita ut filius partem dimidiam hereditatis ferat, et ex altero filio duo pluresue nepotes alteram dimidiam: item si ex duobus filiis nepo*tes* extent, et ex altero filio unus forte uel duo, ex altero tres aut quattuor, ad unum aut ad duos dimidia pars pertineat, et ad tres aut quattuor altera dimidia.

§. 9. Si nul**lus sit** suorum heredum, tunc hereditas p*ertinet* ex eadem lege XII tabularum ad *a*gnatos. §. 10. **Vocantur autem** agnati, qui legitima cognatione iuncti sunt. legitima autem cognatio est ea, quae per uirilis sexus persona**s coniungitur. itaque qui eodem patre nati sunt** fratres, agnati sib**i sunt, qui etiam consanguinei** uocantur: nec requiritur, an **etiam matrem eandem habuerint**. item patruus fratris filio, et inuicem **is illi a**gnatus est. eodem numero s**unt fratres** patrueles **inter se, id est**, qui ex duobus f**ratribus progene**rati sunt, quos pleriq**ue etiam consobrinos uocant. qua ratione scilicet etiam*

§. 4. cit. §. 2. I. de heredit. q. ab intest. defer. Conf. Epitome, II, 8, §. 1. Vlpianus, Fragm. XXII, §. 15.

§. 5. Conf. Paulus, Collat. Tit. XVI, §. 3. verb. Post mortem patris etc. item Commentar. I. §. 32. et Comentar. II. §. §. 142. 143.

§. 6. Conf. Paulus, loc. cit. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 3. item Commentar. I. §. 132. et Commentar. II. §. 141.

§. §. 7. 8. §. 6. I. de heredit. q. ab intest. defer. Conf. Epitome, II, 8, §. 2. Vlpianus, Fragm. XXVI, §. 2.

§. 9. Conf. Epitome, II, 8, §. 3. pr. I. de legit. agnator. success. Vlpianus, Fragm. XXVI, §. 1.

§. 10. Conf. supra Commentar. I. §. 156. item §. 1. I. de legit. agnator. success. Epitome, II, 8, cit. §. 3. Vlpianus, Fragm. XVI. cit. §. 1. itaque etc. cit. §. 1. I.

sujeta al poder del hijo, la cual se considera como nieta; pero para contar á esta última en el número de los herederos *suyos*, es preciso que el hijo, bajo cuyo poder está, no se halle sometido á la potestad del padre en la época de su fallecimiento. Lo mismo debe entenderse de la mujer que por razon de matrimonio se encontrare bajo el poder del nieto, pues ocupa el lugar de biznieta.

§. 4. Son igualmente herederos *suyos* los póstumos que, á haber nacido en vida del padre, hubieran estado bajo su potestad.

§. 5. En el mismo caso se encuentran los individuos, en cuyo nombre se prueba la causa de error despues de la muerte del padre en virtud de la ley Ælia Sencia ó del senadoconsulto, porque si dicha causa se hubiese probado en vida del padre, hubieran entrado en su potestad.

§. 6. Esta misma disposicion se aplica tambien al hijo que despues de la muerte del padre se encuentra manumitido de la primera ó segunda mancipacion.

§. 7. Por consiguiente cuando existe un hijo ó hija y al mismo tiempo nietos de cualquier sexo procedentes de otro hijo varon, todos son llamados á la herencia sin que el mas próximo escluya al mas remoto, pues parece justo en efecto que dichos nietos sucedan en lugar de su padre y en la parte de herencia de este. Por la misma razon si concurren biznietos ó biznietas de la línea de los varones con nietos ó nietas de la misma línea, todos son llamados simultáneamente á la herencia.

§. 8. Una vez admitido que sucediesen en lugar de sus padres los nietos y biznietos de ambos sexos descendientes de varon en varon, pareció conveniente dividir las herencias por estirpes ó troncos y no por personas ó cabezas (*non in capita, sed in stirpes*). Así, por ejemplo, un hijo se lleva la mitad de la herencia, y la otra mitad se divide por partes iguales entre los nietos procedentes de otro hijo, sea cualquiera su número. Del mismo modo si hay uno ó dos nietos procedentes de un hijo y tres ó cuatro procedentes de otro, el uno ó los dos del primero llevan la mitad de la herencia, y los tres ó cuatro del segundo dividen entre sí la otra mitad.

§. 9. No existiendo herederos suyos, pertenece la herencia, segun la ley de las Doce Tablas, á los agnados.

§. 10. Llámanse agnados las personas unidas por parentesco legítimo, es decir, por parentesco que proceda del sexo masculino. Por consiguiente los hermanos nacidos de un mismo padre, sean ó no de una misma madre, son agnados entre sí y se llaman tambien consanguíneos. Del mismo modo lo son recíprocamente el tio paterno y el sobrino hijo de hermano, como tambien los primos procedentes de dos hermanos varones á quienes muchos llaman tambien *consobrinos*. Así pudiéramos descender, siguiendo el mismo órden, á otros muchos grados de agnacion.

*ad plures gradus agnationis peruenire poterimus**. §. 11. **Non tamen omnibus simul agna**tis *dat* lex XII tabularum hereditatem, sed his, q**ui tunc, cum certum est aliquem intestato decessisse, proximo** gradu sunt. §. 12. Nec in eo iure successio **est. ideoque si a**gnatus proximus hereditatem omiserit, **uel antequam adierit** decesserit, sequentibus nihil iuris ex **lege com**petit. §. 13. Ideo autem non mortis tempore **quis proximus sit requirimus, sed eo** tempore, **quo certum fuerit, aliquem intestatum decessisse, quia si quis testamento fa**cto decesserit, melius esse uisum est, tunc ex iis requiri proximum, cum certum esse coeperit, neminem ex eo testamento fore heredem. §. 14. Quod ad feminas tamen attinet, in hoc iure aliud in ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in ceterorum bonis ab his capiendis. nam feminarum *hereditates* perinde ad nos agnationis iure redeunt, atque masculorum: nostrae uero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. itaque soror fratri sororiue legitima heres est; amita uero et fratris filia legitima heres esse (*non potest. sororis autem nobis loco est*) etiam mater aut nouerca, quae per in manum conuentionem aput patrem nostrum iura filiae con*secuta* est. §. 15. Si ei, qui defunctus erit, *sit* frater et alterius fratris filius, sicut ex superioribus intellegitur, frater prior est, quia gradu praecedit. sed alia facta est iuris interpretatio inter suos heredes. §. 16. Quodsi defuncti nullus frater extet (*sed*) sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet: sed quaesitum est, si dispari forte numero sint nati, ut ex uno unus uel duo, ex altero tres uel quattuor, utrum in stirpes diuidenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita. iam dudum tamen placuit, in capita diuidendam esse hereditatem. itaque quotquot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas diuidetur, ita ut singuli singulas portiones ferant.

§. 17. Si nullus agnatus sit, eadem lex XII tabularum gentiles ad hereditatem uocat. qui sint autem gentiles, primo commentario rettulimus. et cum illic admonuerimus, totum gentilicium ius in desuetudinem abiisse, superuacuum est hoc quoque loco, de ea re curiosius tractare.

§. 11. cit. §. 1. I. de legit. agnator. success. Conf. Epitome, II, 8, §. 4.

§. 12. Conf. infra §. §. 22. et 28. item Vlpianus, Fragm. XXVI, §. 5. Paulus, Sent. recept. IV, 8, §. 23. §. 7. I. de legit. agnator. success.

§. 13. Conf. §. 6. I. de legit. agnator. success.

§. 14. Conf. Epitome, II, 8. §. 5. §. 3. I. de legit. agnator. success. Vlpianus, Fragm. XXVI. §. 6. item infra §. 28.

§. 15. Conf. Epitome, II, 8. §. 6. §. 5. I. de legit. agnator. success. *sicut ex superioribus intellegitur*. Vid. §. 11. *sed alia* etc. Conf. supra §. 7.

§. 16. Conf. Epitome, II, 8. cit. §. 6. Vlpianus, Fragm. XXVI, §. 6. §. 4. I. de legit. agnator. success. *sicut inter suos heredes iuris est*. Vid. supra §. 8.

§. 17. Conf. Vlpianus, Collat. Tit. XVI, §. 4. verb. Si agnatus defuncti, *primo commentario rettulimus*. Conf. supra ad Commentar. I, not. §. 4. pag. 89.

§. 11. La ley de las Doce Tablas, sin embargo, no confiere la herencia á todos los agnados á la vez sino solo á aquellos que ocuparen el grado mas próximo, cuando conste ciertamente que alguno ha muerto intestado.

§. 12. En este caso no hay sucesion, y por lo tanto si el agnado mas próximo repudiare la herencia ó falleciere antes de adirla, no compete por la ley derecho alguno al grado subsiguiente.

§. 13. No importa, pues, averiguar cuál es el agnado mas próximo al tiempo de la muerte, sino quién lo es cuando se sabe ciertamente que la persona murió intestada; pero si alguno falleciere con testamento, ha parecido mejor hacer aquella inquisicion al tiempo de saberse con evidencia que no hay heredero testamentario.

§. 14. En este punto varían las disposiciones del derecho con respecto á las mujeres, segun que se trate de heredarlas ó de que ellas hereden á alguno. En efecto, las herencias de las hembras, del mismo modo que las de los varones, recaen en nosotros por derecho de agnacion, al paso que nuestras herencias no pertenecen á las hembras mas allá del grado de los consanguíneos. Así la hermana es heredera legítima de su hermano y de su hermana; pero no lo son la tia paterna y la sobrina hija de hermano. Consideramos tambien como hermanas á la madre ó madrasta que por haberse sujetado al poder (*per in manum conventionem*) de nuestro padre, han obtenido los derechos de hijas.

§. 15. Si el difunto deja un hermano y un hijo de otro hermano, resulta de lo dicho que es preferido aquel, porque ocupa el grado mas inmediato; pero respecto de sus herederos ha recibido el derecho otra interpretacion.

§. 16. Cuando no sobreviven al difunto hermanos varones y sí hijos suyos, pertenece la herencia á todos ellos; pero en el caso de ser desiguales en número, como si hubiese uno ó dos del un hermano y tres ó cuatro del otro, ¿se dividirá la herencia por estirpes, como previene el derecho respecto de los herederos *suyos*, ó mas bien por cabezas? Hace largo tiempo que se cree debe dividirse por cabezas, y así, sea cualquiera el número de hijos procedentes de diversas estirpes, se harán tantas partes de la herencia cuantos individuos haya, de modo que cada cual lleve su porcion correspondiente.

§. 17. Cuando no existe ningun agnado, la ley de las Doce Tablas llama á la herencia á los *gentiles*. Ya en el primer Comentario dejamos espuesto quiénes sean *gentiles*; allí mismo advertimos que el derecho gentilicio ha caido en desuso completamente, y por lo tanto parécenos inútil tratar ahora con mas estension de esta materia.

§. 18. Hactenus lege XII tabularum finitae sunt intestatorum hereditates: quod ius quemadmodum, strictum fuerit, palam est intellegere. §. 19. Statim enim emancipati liberi nullum ius in hereditatem parentis ex ea lege habent, cum desierint sui heredes esse. §. 20. Idem iuris est si ideo liberi non sint in potestate patris, quia sint cum eo ciuitate Romana donati, nec [ab Imperatore in potestatem redacti fuerint. §. 21. Item agnati capite deminuti non admittuntur ex ea lege ad hereditatem, quia nomen agnationis capitis deminutione perimitur. §. 22. Item proximo agnato non adeunte, (*ad*) hereditatem nihilo magis sequens iure legitimo admittitur. §. 23. Item feminae agnat*ae*, quaecumque consanguineorum gradum excedunt, nihil iuris ex lege habent. §. 24. Similiter non admittuntur cognati, qui per feminini sexus personas necessitudine iunguntur. adeo quidem, ut nec inter matrem et filium filiamue ultro citroque hereditatis capiendae ius competat, praeterquam si per in manum conuentionem consanguinitatis iura inter eos constiterint.

---

§. 25. Sed hae iuris iniquitates edicto Praetoris emendatae sunt. §. 26. Nam *liberos* omnes, qui legitimo iure deficiuntur, uocat ad hereditatem proinde ac si in potestate parentum mortis tempore fuissent, siue soli sint, siue etiam sui heredes, id est, qui in potestate patris fuerunt, concurrant. §. 27. Agnatos autem capite deminutos non secundo gradu post suos heredes uocat, id est, non eo gradu uocat, quo per legem uocarentur, si capite minuti non essent; sed tertio proximitatis nomine: licet enim capitis deminutione ius legitimum perdiderint, certe cognationis iura retinent. itaque si quis alius sit, qui integrum ius agnationis habebit, is potior erit, etiamsi longiore gradu fuerit. §. 28. Idem iuris est, ut quidam putant, in eius agnati persona, qui, proximo agnato omittente hereditatem, nihilo magis iure

§. 18. Conf. pr. I. de SCto Tertull.
§. 19. Conf. §. 9. I. de heredit. q. ab instest. defer.
§. 20. Conf. supra Commentar. I. §. 94.
§. 21. Conf. pr. I. de success. cognator. item supra Commentar. I. §. 158. infra huj. Commentar. §. 27.
§. 22. Conf. supra §. 12. infra §. 28.
§. 23. Conf. supra §. 14.
§. 24. Conf. pr. I. de SCto Tertull. Vlpianus, Fragm. XXVI, §. §. 7. 8.
§. 26. Conf. supra §. §. 19. 20. item §. 9. I. de heredit. q. ab intest. defer. Vlpianus, Fragm. XXVIII, §. 8. et Collat. Tit. XVI, §. 7.
§. 27. Conf. supra §. 21. item Vlpianus, Fragm. XXVIII, §. 9. Epitome, II, 8, §. 7. *Agnatos — — — nomine.* Conf. pr. I. de success. cognator. *licet enim — — retinent.* Conf. supra Commentar. I. §. 158. *itaque* etc. Conf. §. 12. I. de gradib. cognat.
§. 28. Conf. supra §. §. 12. 22. *Idem — — — admittitur.* Conf. §. 7. I. de legit. agnator. success.

§. 18. Hasta aquí las sucesiones *abintestato* segun la ley de las Doce Tablas, siendo fácil echar de ver cuán estricto es este derecho.

§. 19. En efecto, segun aquella ley los hijos mancipados no tienen derecho alguno á la herencia del padre, por cuanto dejan de ser herederos *suyos*.

§. 20. En el mismo caso están los hijos que no se hallan bajo la potestad del padre, por haber recibido al mismo tiempo que él los derechos de ciudadano romano, sin que el emperador les sometiese á la patria potestad.

§. 21. Tampoco son llamados á la herencia por dicha ley los agnados que han sufrido la *capitis* diminucion, pues que esta acaba con el derecho de agnacion.

§. 22. Del mismo modo cuando el agnado mas próximo no ade la herencia, no es llamado á ella el subsiguiente por derecho legítimo.

§. 23. Tampoco tienen derecho alguno á la herencia, segun la misma ley, las mujeres agnadas que no sean consanguíneas.

§. 24. Rechaza igualmente á los cognados, es decir, á los parientes por línea de hembra, y hasta tal punto que no tienen derecho á percibir recíprocamente sus herencias la madre y el hijo ó la hija, á no ser que se hayan establecido entre ellos los derechos de consanguineidad por la sujecion al poder (*per in manum conventionem*).

TITULO II.

De las posesiones de bienes.

§. 25. Pero estas injusticias han sido corregidas por el edicto del pretor.

§. 26. Este llama en efecto á la herencia á todos los descendientes desposeidos de su legítimo derecho, cual si hubiesen estado bajo la potestad de los ascendientes al tiempo de su muerte, ora se encuentren solos, ora en concurrencia con herederos *suyos*, es decir, con los que estuvieron bajo la patria potestad.

§. 27. Mas el edicto no llama en segundo lugar é inmediatamente despues de los herederos *suyos* á los agnados que han sufrido la *capitis* diminucion, esto es, no los llama en el grado que los llamaría la ley, si no hubiesen sufrido aquella, sino en tercer lugar y á título de cognacion (*proximitatis*); pues aun cuando por la *capitis diminucion* hayan perdido su derecho legítimo, conservan empero indudablemente los derechos de cognacion; por consiguiente, si hay un agnado que goce plenamente de sus derechos de agnacion, este será preferido aun cuando ocupe el grado mas remoto.

§. 28. Lo mismo sucede, segun la opinion de algunos, con el agnado que por derecho legítimo no es admitido á la heren-

legitimo admittitur. sed sunt, qui putant, hunc eodem gradu a Praetore uocari, quo etiam per legem agnatis hereditas datur. §. 29. Feminae certe agnatae, quae consanguineorum gradum excedunt, tertio gradu uocantur, id est, si neque suus heres, neque agnatus ullus erit. §. 30. Eodem gradu uocantur etiam eae personae, quae per feminini sexus personas copulatae sunt. §. 31. Liberi quoque, qui in adoptiua familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu uocantur.

§. 32. Quos autem Praetor uocat ad hereditatem, hi heredes ipso quidem iure non **fiunt, nam** Praetor heredes facere non p**otest: per legem enim tantum, uel similem iuris co**nstitutionem heredes *fiunt*, *ueluti per senatusconsultum *et co**nstitutionem principalem*. sed **cum eis qui**dem Praetor d*at bonorum possessionem*, *loco* heredum *constituuntur*.

§. 33. *Adhuc autem* alios ** *complures gradus P*raetor facit in bonorum possessione dan*da*, *dum id agit*, ne *quis *sine successore moriatur**. de quibus in his commentariis ***\

cia despues de rehusada esta por el del grado mas próximo: otros sin embargo creen que el pretor lo llama en el mismo grado que la ley concede la herencia á los agnados.

§. 29. Las mujeres agnadas que pasan del grado de los consanguíneos, son llamadas en tercer lugar, esto es, cuando no hay herederos *suyos* ni agnados.

§. 30. Tambien son llamadas en tercer lugar las personas cuyo parentesco proviene del sexo femenino.

§. 31. En el mismo lugar son igualmente llamados á la herencia de sus ascendientes naturales los descendientes que se encontraren en una familia adoptiva.

§. 32. Mas las personas llamadas á la herencia por el pretor, no son por eso herederos, porque. . . . . el pretor no puede conferir semejante título, y sí solo la ley ú otros actos constitutivos de derecho, tales como un senadoconsulto ó una constitucion del príncipe. Sin embargo, cuando el pretor les dá la posesion de los bienes hereditarios, ocupan el lugar de herederos.

§. 33. El pretor dá tambien la posesion de los bienes en otros muchos grados, para evitar que alguno muera sin sucesor, de los cuales en estos comentarios. . . . . .

. . . . . .

(*Hic quindecim lineæ et pagina integra desiderantur.*)

§. 34. . . . . Tambien llama á los herederos *suyos* y á los agnados á la posesion de los bienes abintestato, en cuyo caso la única ventaja que reporta el que así pide la posesion de los bienes, es que puede hacer uso del interdicto QUORUM BONORUM: mas adelante veremos cuál es la utilidad de este interdicto, pues por lo demas la herencia corresponde á estas personas por derecho civil, abstraccion hecha de la posesion de los bienes.

§. 35. Muchas veces se dá la posesion de los bienes de tal manera, que el que la recibe no obtenga sin embargo la herencia, en cuyo caso la posesion se llama *sine re*.

§. 36. En efecto, si, v. gr., un heredero instituido en testamento válido aceptare la herencia, y contento con ser heredero por el derecho civil, no quisiere pedir *secundum tabulas* la posesion de los bienes, pueden pedirla en este caso los herede-

norum possessionem: sed sine re ad eos hereditas pertinet, cum testamento scriptus heres *e*uincere hereditatem possit. §. 37. Idem iuris est si intestato aliquo mortuo suus heres nol*uer*it *petere bonorum possessionem*, co*ntentus* l*egitimo iure*: *nam** et agnato competit quidem bonorum possessio, sed sine re, cum euinci hereditas a *fil*io herede po*ssit*. et illud conuenien(*ter dice*)tur: si ad agnatum iure ciuili pertinet hereditas, et hic adierit hereditatem, sed *bonorum possessionem* petere noluerit etsi quis ex proximis cognatis petierit, sine re habebit bonorum possessionem propter eandem rationem. §. 38. Sunt et alii quidam similes casus, quorum a*liquos* superiore commentario tradidimus.

---

§. 39. Nunc de libertorum bonis uideamus.

§. 40. Olim itaque licebat liberto, patronum suum in testamento praeterire. nam ita demum lex XII tabularum ad hereditatem liberti uocabat patr*o*num, si intestatus mortuus esset libertus, nullo suo herede *re*licto. itaque intestato quoque mortuo liberto, si is suum heredem reliquerat, nihil in bonis eius patrono iuris erat. et siqu*i*dem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla uidebatur esse querella: si uero uel adoptiuus filius filiaue, uel uxor, quae in manu esset, sua heres esse*t*, aperte iniquum erat, nihil iuris patrono superesse. §. 41. Qua de causa postea Praetoris edicto haec iuris iniquitas emendata est. siue enim faciat testamentum libertus, iubetur ita testari, ut patrono suo partem dimidiam bonorum suorum relinquat: et si aut nihil, aut minus quam partem dimidiam reliquerit, datur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio. si uero intestatus moriatur suo herede relicto adoptiuo filio, (*uel*) uxor*e*, quae in manu ipsius esset, uel nuru, quae in manu filii eius fuerit, datur aeque patrono aduersus hos suos heredes partis dimidiae bonorum possessio. prosunt autem liberto ad excludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habet, set etiam emancipati et in adoptionem dati, **si** modo aliqua ex parte heredes scripti **sint*, *aut praeteriti con**tra tabulas testa-

§. 37. *Idem — — — possit.* Conf. Vlpianus, Fragm. XXVIII, cit. §. 13.
§. 38. *superiore Commentario.* Conf. Commentar. II. §. §. 119. 148. 149.
§. 39. pr. I. de success. libertor.
§. 40. cit. pr. I. de success. libertor. Conf. Vlpianus, Fragm. XXVII, §. 1. XXIX, §. 1.
§. 41. §. 1. I. de success. libert. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIX, cit. §. 1.

ros legítimos *abintestato*; pero solo obtendrán una posesion *sine re*, pudiendo el heredero instituido quitarles la sucesion.

§. 37. Lo mismo sucede si muerta una persona intestada, no quisiere el heredero *suyo* pedir la posesion de los bienes, contentándose con su derecho legítimo, pues en este caso tiene derecho el agnado á la posesion de los bienes, pero solo á la posesion *sine re*, porque puede ser lanzado de la sucesion por el hijo heredero. Por la misma razon puede decirse que si acepta la herencia un agnado á quien perteneciere por derecho civil, y no tuviese por conveniente pedir la posesion de los bienes, podrá entonces hacerlo uno de los cognados mas próximos; pero solo obtendrá la posesion *sine re*.

§. 38. Otros varios casos hay semejantes á estos, algunos de los cuales hemos referido en el Comentario precedente.

TITULO III.

De los bienes de los libertos ciudadanos romanos.

§. 39. Pasemos ahora á ocuparnos de los bienes de los libertos.

rae uero iuris gentium sunt: itaque inter omnes homines, siue ciues Romanos, siue peregrinos, ualent. et quamuis ad Graecam uocem expressae fuerint, uelut hoc modo (δώσεις; δώσω· ὁμολογεῖς; ὁμολογῶ· πίστει κελεύεις; πίστει κελεύω· ποιήσεις; ποιήσω); haec tamen etiam inter ciues Romanos ualent, si modo Graeci sermonis intellectum habeant. et e contrario quamuis Latine enuntientur, tamen etiam inter peregrinos ualent, si modo Latini sermonis intellectum habeant. at illa uerborum obligatio: DARI SPONDES? SPONDEO, adeo propria ciuium Romanorum est, ut ne quidem in Graecum sermonem per interpretationem proprie transferri possit; quamuis dicatur a Graeca uoce figurata esse. §. 94. Vnde dicitur, uno casu hoc uerbo peregrinum quoque obligari posse, uelut si Imperator noster Principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget: PACEM FVTVRAM SPONDES? uel ipse eodem modo interrogetur. quod nimium subtiliter dictum est; quia si quid aduersus pactionem fiat, non ex stipulatu agitur, sed iure belli res uindicatur. §. 95. Illud dubitari potest, si quis ——— ——— ——— ——— §. 96. obligentur: utique *cum* quaeritur de iure Romanorum. nam aput peregrinos quid iuris sit singularum ciuitatium iura requirentes aliud ******* ********** ——— ——— ——— ——— §. 97. Si id, quod dari stipulamur, tale sit, ut dari non possit, inutilis est stipulatio: uelut si quis hominem liberum, quem seruum esse credebat, aut mortuum, quem uiuum esse credebat, aut locum sacrum uel religiosum, quem putabat *esse* humani iuris, *sibi dari* stipuletur, aeque inutilis est stipulatio. §. 98. Item si quis sub ea condicione stipuletur, quae existere non potest, (*uel*) uti si digito caelum tetigerit, inutilis est stipulatio. sed legatum sub impossibili condicione relictum nostri praeceptores prom*de ualere* putant, ac si *ea condicio adiecta non* esset: diuersae scholae auctores non minus legatum inutile existimant, quam stipulationem. et sane uix idonea diuersitatis ratio reddi potest. §. 99. Praeterea inutilis ********** id, quod alicuius est, id ei dari

§. 94. De pace per sponsionem facta videndus est Livius, Lib. IX, cap. 5. Conferendi praeterea sunt. Idem Lib. IX, cap. 41. Cicero, pro Balbo, cap. 13.

§. 97. Conf. L. 1. §. 9. de obligat. et act. (ex Nostri Reb. cottid.) Epitome, II, 9, §. 5. §. §. 1. 2. I. de inutilib. stipulationib.

§. 98. *Item — — stipulatio.* Conf. §. 11. I. de inutilib. stipulat. Epitome, II, 9, §. 6. cit. L. 1. de obligat. et act. §. 11. *sed legatum — — adiecta non esset.* Conf. §. 10 I. de heredib. instituend.

§. 99. Conf. cit. L. 1. de obligat et act. §. 10. cit. §. 2. I. de inutilib. stipulat. *id ei dari non potest.* Conf. infra Commentar. IV. §. 4.

DEO), es propia y peculiar de los ciudadanos romanos, mientras que las otras son de derecho de gentes, y por tanto tienen valor entre todos los hombres, ora sean ciudadanos romanos, ora extranjeros. Y aun cuando estas obligaciones se espresen en griego como v. g.: δώσεις; δώσω· ὁμολογεῖς; ὁμολογῶ· πίστει κελεύεις; πίστει κελεύω· ποιήσεις; ποιήσω, son válidas entre los mismos romanos, con tal que entiendan esta lengua; así como valdrían tambien si se enunciasen en latin entre extranjeros que lo comprendiesen. Mas por lo que respecta á la obligacion contraida mediante estas palabras ¿PROMETES DAR? PROMETO, es de tal manera propia y peculiar de los ciudadanos romanos, que no sería válida si se espresase en griego, aun cuando se alegase que la fórmula de la estipulacion estaba traducida de un modo literal y enteramente exacto.

§. 94. Solo en un caso se dice que puede obligar á un extranjero esta estipulacion, y es cuando nuestro emperador preguntase al príncipe de un pueblo extranjero acerca de la paz: (¿PACEM FUTURAM SPONDES?) ó bien cuando fuese nuestro emperador el preguntado; mas esto no pasa de ser una sutileza, puesto que si semejante obligacion se infringiese, jamás se reclamaría su cumplimiento en virtud de lo estipulado sino por el derecho de la guerra.

§. 95. Puede dudarse si. . . . . .

(*Hic pagina integra desideratur.*)

§. 96. . . . . se obliguen: así es ciertamente por derecho romano; mas entre los extranjeros es preciso examinar las leyes particulares de los diversos Estados. . . . . .

TITULO X.

De las estipulaciones inútiles.

§. 97. Si el objeto de la estipulacion es de tal naturaleza que no puede darse, es inútil la estipulacion, como si alguno estipulase que se le habia de dar un hombre libre en la inteligencia de que era esclavo, ó un muerto á quien creyese vivo, ó un lugar sagrado ó religioso, persuadido de que era profano (*humani juris*).

§. 98. Tambien es inútil la estipulacion hecha con una condicion imposible de cumplir, como por ejemplo, la de tocar al cielo con la mano: pero nuestros maestros creen que es válido el legado hecho bajo condicion imposible, como si tal condicion no se pusiese; mientras que los autores de la otra escuela juzgan que es tan inútil el legado como la estipulacion, y en verdad que sería difícil encontrar ninguna razon sólida en favor de semejante diferencia.

§. 99. Ademas es inútil. . . . . puesto que no se dá á una persona la cosa que le pertenece.

non potest. §. 100. Denique inutilis est talis stipulatio, si quis ita dari stipuletur: POST MORTEM MEAM DARI SPONDES? uel ita: CVM MORIERIS, DARI SPONDES? id est, ut in nouissimum uitae tempus stipulatoris, aut promissoris, obligatio conferatur. nam inelegans esse uisum est, ex heredis persona incipere obligationem. rursus ita stipulari non possumus: PRIDIE QVAM MORIAR, aut: PRIDIE QVAM MORIERIS, DARI SPONDES? quia non potest aliter intellegi pridie quam aliquis morietur, quam si mors secuta sit: rursus morte secuta, in praeteritum redducitur stipulatio et quodammodo talis est: HEREDI MEO DARI SPONDES? quae sane inutilis est. §. 101. Quaecumque de morte diximus, eadem et de capitis diminutione dicta intellegimus. §. 102. Adhuc inutilis est stipulatio, si quis ad id, quod interrogatus erit, non responderit: uelut si sestertia X a te dari stipuler, et tu sestertia V mihi promittas; aut si ego pure stipuler, tu sub condicione promittas. §. 103. Praeterea inutilis est stipulatio, si ei dari stipulemur, cuius iuri subiecti non sumus. unde illud quaesitum est, si quis sibi et ei, cuius iuri subiectus non est, dari stipuletur, in quantum ualeat stipulatio. nostri praeceptores putant, in uniuersum ualere, et proinde ei soli, qui stipulatus sit, solidum deberi, atque si extranei nomen non adiecisset. sed diuersae scholae auctores ********** existimant pro ********** actionem *** causa, ****** ********** respondet ———— ———— ———— ********** etiam ********** §. 104. *Item inutilis est* stipulatio si ab *eo stipuler, qui iuri meo su*biectus est, ****** is a me ********** ********** in mancipio ********** non solum ipsi ********** sunt, obligari non possunt, sed ne alii quidem ulli. §. 105. Mutum neque stipulari, neque promittere posse, palam *est: quod et* in surdo receptum est: quia et is, *qui stipulatur*, uerba promittentis, et qui promittit, *uerba stipulantis*, exaudire debet. §. 106. Furiosus nullum negotium gerere potest, quia non intellegit, quid agat. §. 107. Pupillus omne negotium recte gerit, ita tamen ut, sicubi tutoris

§. 100. Conf. Epitome, II, 9, §. §. 7. 8. §. 13. I. de inutilib. stipulat. ibique Theophilus Vlpianus, L. 45. §. §. 1. 3. de verbor. obligat. Paulus, L. 46. §. 1. eod. L. un. C. ut act. et ab hered. et contra hered. incip. (Iustinian.) item infra §. §. 117. 119. 158. et supra Commentar. II. §. 232. Conf. Comm. III. §. 176. item Fragm. Vatic. §. 57.

§. 101. Conf. infra §. 153.

§. 102. §. 5. I. de inutilib. stipulat. Conf. Epitome, II, 9, §. §. 10. 9. Vlpianus, L. 1. §. §. 3. 4. de verbor. obligat. Paulus, L. 83. §. §. 2. 3. eod.

§. 103. Conf. §. 4. I. de inutilib. stipulat.

§. 104. Conf. §. 6. I. de inutilib. stipulat.

§. 105. §. 7. I. de inutilib. stipulat. Conf. cit. L. 1. de obligat. et act. §. §. 14. 15.

§. 106. §. 8. I. de inutilib. stipulat. Conf. cit. L. 1. de obligat. et act. §. 12.

§. 107. §. 9. I. de inutilib. stipulat. Conf. Vlpianus, Fragm. XI, §. 27. item huj. Commentar. §. §. 91. 119. 176. et Commentar. II. §. 83.

§. 100. Ultimamente es inútil tambien la estipulacion que sigue: ¿PROMETES DAR LUEGO QUE YO MUERA? ó esta otra: ¿PROMETES DAR AL TIEMPO DE TU MUERTE? es decir, que la obligacion se confiera en el último momento de la vida del que estipula ó del que promete; porque ha parecido poco conveniente que empiece la obligacion en la persona del heredero. Tampoco podemos estipular así: ¿PROMETES DAR EL DIA ANTES DE MI MUERTE? ó, ¿DE TU MUERTE? porque no puede saberse cuál es el dia anterior al de la muerte de alguno sino despues que ésta sobrevenga, y entonces tiene efecto retroactivo semejante estipulacion, haciéndose en alguna manera equivalente á esta otra: ¿PROMETES DAR A MI HEREDERO? la cual es ciertamente inútil.

§. 101. Lo que decimos de la muerte, debe entenderse igualmente de la *capitis* diminucion.

§. 102. Tambien es inútil la estipulacion cuando la respuesta no correspondiere á la pregunta, como si yo estipulo que me has de dar diez sestercios y tú prometes darme cinco, ó bien si yo estipulare puramente y tú prometieres bajo condicion.

§. 103. Es igualmente inútil la estipulacion que hiciéremos en favor de una persona, bajo cuya dependencia no estuviéremos constituidos (*cujus juri subjecti non sumus*). De aquí la cuestion por la que se pregunta qué valor tendrá la estipulacion que uno hiciere á la vez para sí y para otra persona en cuya dependencia no se hallare. Nuestros maestros creen que es válida en el todo esta estipulacion, y que el importe total de la obligacion debe pagarse al que estipuló, cual si en la estipulacion no se hubiese mezclado el nombre de un estraño; pero los autores de la escuela opuesta juzgan. . . . . .

§. 104. De la misma manera es inútil la estipulacion que hiciéremos con una persona sometida á nuestra dependencia. . . .

§. 105. Es evidente que el mudo no puede estipular ni prometer, cuya disposicion se aplica igualmente al sordo, porque tanto debe oir el que estipula las palabras del que promete, como éste las de aquel.

§. 106. Nada puede el furioso contratar ni hacer por sí, porque ignora lo que hace.

§. 107. Lo contrario sucede al pupilo, con tal empero que

auctoritas necessaria sit, adhibeatur, uelut si ipse obligetur: nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest. §. 108. Idem iuris est in feminis, quae in tutela sunt. §. 109. Set quod diximus de pupillis, utique de eo uerum est, qui iam aliquem intellectum habet. nam infans et qui infanti proximus est, non multum a *furioso* differt, quia huius aetatis pupilli nullum intellectum habent: sed in his pupillis per utilitatem benignior iuris interpretatio facta est.

§. 110. Possumus tamen ad id, quod stipulamur, alium adhibere, qui idem stipuletur: quem uulgo adstipulatorem uocamus. §. 111. Sed huic proinde actio competit, proindeque ei recte soluitur ac nobis. sed quidquid consecutus erit, mandati iudicio nobis restituere cogetur. §. 112. Ceterum potest etiam aliis uerbis uti adstipulator, quam quibus nos usi sumus. itaque si uerbi gratia ego ita stipulatus sim: DARI SPONDES? ille sic adstipulari potest: IDEM FIDE TVA PROMITTIS? uel: IDEM FIDEIVBES? uel contra. §. 113. Idem minus adstipulari potest, plus non potest. itaque si ego sestertia X stipulatus sim, ille sestertia V stipulari potest; contra uero plus non potest. item si ego pure stipulatus sim, ille sub condicione stipulari potest; contra uero non potest. non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus et plus intellegitur; plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus. §. 114. In hoc autem iure quaedam singulari iure obseruantur. nam adstipulatoris heres non habet actionem. item seruus adstipulando nihil agit, quamuis ex ceteris omnibus causis stipulatione domino adquirit. idem de eo, qui in mancipio est, magis praeualuit; nam et is serui loco est. is autem, qui in potestate patris est, agit aliquid; sed parenti non adquirit, quamuis ex omnibus ceteris causis stipulando ei adquirat.

§. 108. Conf. huj. Commentar. §. §. 91. 176. et Commentar. I. §. 192.

§. 109. §. 10. I. de inutilib. stipulat. Conf. cit. L. 1. de obligat. et act. §. 13.

§. 110. Conf. Festus, sub voc. Reus stipulando. Cicero, pro Quintio, cap. 18. post medi, et in Pisonem, cap. 9. pr. Incerti Auctoris Epist. ad Octavium, quae inter Cicer. Epist. ad Brutum collocari solet, vers. fin.

§. 111. Conf. infra §. §. 117. 215. 216.

§. 113. Conf. infra §. 126. *non solum autem* etc. §. 5. I. de fidejussor.

§. 114. *nam adstipulatoris — actionem.* Conf. infra Commentar. IV. §. 113. *quamuis — adquirit* Conf. supra Commentar. II. §. 87. infra huj. Commentar. §. 163. item §. 1. I. de stipulat. servor. *nam et is serui loco est.* Conf. supra Commentar. I. §. §. 123. 138. et Commentar. II. §. 86. *quamuis — adquirat.* Conf. Commentar. II. cit. §. 87. et huj. Commentar. cit. §. 163. item cit. §. 1. I. *ueluti morte — inauguratus est.* Conf. supra Commentar. I. §. §. 127. 130.

el tutor interponga su autoridad en los casos que la requieran, como cuando haya de quedar obligado el pupilo, pues por lo demas puede éste obligar en su favor á otro aun sin la autorizacion del tutor.

§. 108. Igual disposicion se observa respecto de las mujeres que están en tutela.

§. 109. Lo que hemos dicho acerca del pupilo, debe entenderse de aquel que tiene ya alguna inteligencia, porque el infante y el próximo á la infancia, como que ninguna inteligencia tienen á esa edad, se diferencian muy poco del furioso. Sin embargo, con respecto á estos pupilos la pública utilidad ha hecho admitir una interpretacion del derecho menos ajustada y rigorosa.

TITULO XI.

De los adstipuladores (correos de estipular).

§. 110. Podemos agregar á la persona con quien estipulamos otra que estipule lo mismo, y que ordinariamente se llama *adstipulador*.

§. 111. Compete al adstipulador la misma accion que á nosotros, y serán válidos los pagos que á él se hicieren, cual si se hiciesen á nosotros mismos; empero podemos obligarle por la accion de mandato á que nos restituya lo que hubiere percibido.

§. 112. No es preciso por lo demas que el adstipulador use de las mismas palabras que nosotros. Así, por ejemplo, si yo hubiere estipulado usando esta fórmula ¿PROMETES DAR? podrá el adstipulador usar esta otra: ¿EMPEÑAS FIELMENTE TU PALABRA SOBRE LO MISMO? ó bien esta: ¿TE CONSTITUYES FIADOR DE LO MISMO? ó viceversa.

§. 113. Puede adstipularse menos de lo que nosotros hubiéremos estipulado, pero no mas; y así si yo estipulare diez sestercios, podrá el adstipulador estipular cinco, pero no mas de diez. Tambien si yo estipulare puramente, podrá aquel hacerlo bajo condicion, pero no por el contrario. Este *mas* y *menos* debe entenderse no solo respecto de la cantidad, sino tambien respecto del tiempo, porque mas es dar alguna cosa en el acto que darla pasado algun tiempo.

§. 114. En esta materia se observan algunas disposiciones particulares; porque no tiene accion para repetir el heredero del adstipulador; tampoco puede adstipular el esclavo, si bien son válidas y se convierten en provecho del señor las estipulaciones que en los demas casos hiciere. Igual disposicion ha prevalecido respecto de los que se encuentran en *mancipio*, por cuanto son considerados como esclavos. Por el contrario, la adstipulacion del individuo sujeto á la patria potestad produce algun efecto, mas no en favor de su ascendiente, no obstante que en cualquier otro caso de estipulacion correspondan á éste las ad-

ac ne ipsi quidem aliter actio competit, quam si sine capitis diminutione exierit de potestate parentis, ueluti morte eius, aut quod ipse Flamen Dialis inauguratus est. eadem de filia familias et quae in manu est, dicta intellegemus.

———— ———— ———— ———— §. 115. Pro eo quoque, qui promittit, solent alii obligari: quorum alios sponsores, alios fidepromissores, alios fideiussores appellamus. §. 116. Sponsor ita interrogatur: IDEM DARI SPONDES? fidepromissor: IDEM FIDEPROMITTIS? fideiussor ita: IDEM FIDE TVA ESSE IVBES? uidebimus de his autem, quo nomine possint proprie appellari, qui ita interrogantur: IDEM DABIS? IDEM PROMITTIS? IDEM FACIES? §. 117. Sponsores *quidem* et fidepromissores et fideiussores saepe solemus accipere, dum curamus, ut diligentius nobis cautum sit. adstipulatorem uero fere tunc solum adhibemus, cum ita stipulamur, ut aliquid post mortem nostram detur: (*quod*) stipulando nihil agimus, adhibetur autem *ad*stipulator, ut is post mortem nostram agat: qui si quid fuerit *con*secutus, de *restitu*endo eo mandati iudicio heredi ***** tenetur.

§. 118. Sponsoris u*ero* et fidepromissoris similis condicio, fideiussoris u*al*de *d*issimilis. §. 119. Nam illi quidem nullis obligationibus accedere possunt nisi uerborum; quamuis interdum ipse, qui promiserit, non fuerit obligatus, ueluti si aut pupillus sine tutoris auctoritate, aut quilibet post mortem suam dari promiserit. at illud quaeritur, si ser*uus*, aut peregrinus spoponderit, an pro eo sponsor aut fidepromissor obligetur. Fideiussor uero omnibus obligationibus, id est, siue re, siue uerbis, siue litteris, siue consens*u* contractae fuerint obliga*t*iones adici potest. at ne illud quidem interest, utrum ciuilis, an naturalis obligatio sit, cui adiiciatur; adeo quidem, ut pro seruo quoque obligetur, siue extraneus sit, qui a seruo fideiussorem accipiat, siue dominus in id, quod sibi debeatur. §. 120. Praeterea sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur, nisi si de peregrino

§. 115. Conf. pr. I. de fidejussor. Paulus, Sent. recept. I, 9, §. 5.

§. 116. Conf. supra §. 92. *fideiussor* — IVBES. Conf. Epitome, II, 9, §. 2. §. 7. I. de fidejussor.

§. 117. *fideiussores* — *cautum sit*. Conf. pr. I. de fidejussor. L. 1. §. 8. de obligat. et act. (ex Nostri Reb. cottid.) Epitome, II, 9. cit. §. 2. *quod stipulando nihil agimus*. Conf. supra §. 100. *us is post mortem nostram* etc. Conf. supra §. 111.

§. 119. *ueluti* — — — *spoponderit*. Conf. §. §. 93. 100. 107. 176. 179. *Fideiussor uero* etc. §. 1. I. de fidejussor.

§. 120. *sponsoris* — *non tenetur*. Conf. infra Commentar. IV. §. 113, *Fideiussoris* etc. Conf. Epitome, II, 9, cit. §. 2. §. 2. I. de fidejussor.

quisiciones hechas por los descendientes sometidos á su potestad. En el caso mismo de que tratamos, no compete accion al hijo sino luego que saliere de la patria potestad por cualquier modo que no sea la *capitis* diminucion, como por muerte de su ascendiente ó por obtener la dignidad de sacerdote de Júpiter. Lo dicho se aplica igualmente á la hija de familia y á la mujer sometida al poder.

TITULO XII.

De los sponsores, fidepromisores y fiadores.

§. 115. Tambien por el que promete suelen quedar otros obligados, y de estos unos se llaman *sponsores*, otros *fidepromissores* y otros, por último, *fiadores*.

§. 116. A los *sponsores* se les pregunta de este modo: ¿PROMETES DAR LO MISMO? de este otro á los *fidepromissores*: ¿EMPEÑAS FIELMENTE TU PALABRA SOBRE LO MISMO? y á los *fiadores* así: ¿TE CONSTITUYES FIADOR DE LO MISMO? Despues veremos qué nombre puede darse propiamente á los interrogados en esta forma: ¿DARAS LO MISMO? ¿TE COMPROMETES A LO MISMO? ¿HARAS LO MISMO?

§. 117. Recurrimos de ordinario á los *sponsores*, *fidepromissores* y *fiadores*, cuando queremos aumentar las seguridades de la estipulacion; mientras que las mas veces solo nos valemos del adstipulador, cuando estipulamos para despues de nuestra muerte. Y como esta estipulacion es de suyo nula, por eso recurrimos en este caso á un adstipulador que reclame por muerte nuestra, el cual queda obligado por la accion de mandato á restituir á *nuestro* heredero lo que realizare.

§. 118. La condicion de los sponsores es idéntica á la de los *fidepromissores*; pero no sucede así á los fiadores, cuya condicion difiere mucho.

§. 119. En efecto, aquellos no pueden intervenir sino en las obligaciones verbales, si bien pueden hacerlo en estos casos aunque la persona que promete no quedase obligada, como si prometiere un pupilo sin autorizacion de su tutor, ó una persona para despues de su muerte. Cuando el que promete es esclavo ó extranjero, se duda si quedan obligados por él el *sponsor* ó el *fidepromissor*. Los fiadores por el contrario pueden intervenir en toda clase de obligaciones, esto es, en las obligaciones contraidas por la cosa, por palabras, por escrito ó por consentimiento. Importa poco que la obligacion sea civil ó natural, pues que el fiador puede obligarse hasta por un esclavo, bien sea en favor de un estraño, bien en favor del dueño mismo del esclavo en aquello que se le adeude.

§. 120. Ademas los herederos del *sponsor* y del fidepromisor no quedan obligados, salvo cuando se trate de un *fidepro-*

fidepromissore quaeramus, et alio iure ciuitas eius utatur. Fideiussoris autem etiam heres tenetur. §. 121. Item sponsor et fidepromissor (*per*) legem Furiam biennio liberantur; et quotquot erunt numero eo tempore quo pecunia peti potest, in tot partes deducitur inter eos obligatio, et singuli uiriles partes ********** Fideiussores uero perpetuo tenentur, et quotquot erunt numero, singuli in solidum obligantur. **itaque liberum est creditori, a quo uelit so*lidum petere. **sed ex epistula diui Hadriani compellitur** creditor, a singulis, qui modo soluendo **sunt, partes petere**. Eo igitur distat haec epistula a lege Furia, quod si quis ex sponsoribus aut fidepromissoribus soluendo non sit ********** quoque **********Cum autem lex Fu*ria tantum in Italia locum habeat, consequens est, ut in prouinciis sponsores quoque et fidepromissores proinde ac fideiussores in perpetuum teneantur, et singuli in solidum obligentur, nisi ex epistula diui Hadriani bi quoque adiuuari uideantur. §. 122. Praeterea inter sponsores et fidepromissores lex Apuleia quandam societatem introduxit. nam si quis horum plus sua portione soluerit, de eo, quod amplius dederit, aduersus ceteros actionem habet. **lex autem Apuleia ante** legem Furiam lata est, quo tempore in solidum obligabantur. unde quaeritur, an post legem Furiam adhuc legis Apuleiae beneficium supersit. et utique extra Italiam superest. nam lex quidem Furia tantum in Italia ualet, Apuleia uero etiam in ceteris ********** **********lex* Apuleia non pertinet. itaque si creditor ab uno totum consecutus fuerit, huius solius detrimentum erit, scilicet si is, pro quo fideiussit, soluendo non sit. sed, ut ex supradictis apparet, is, a quo creditor totum petit, poterit ex epistula diui Hadriani desiderare, ut pro parte in se detur actio. §. 123. Praeterea lege ********** cautum est, ut is, qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedicat palam et declaret, et de qua re satis accipiat, et quot sponsores aut fidepromissores in eam obligationem accepturus sit: et nisi praedixerit, permittitur sponsoribus et fidepromissoribus, intra diem xxx. praeiudicium postulare, quo quaeratur, an ex ea lege praedictum sit; et si iudicatum fuerit, praedictum non esse, liberantur. Qua lege fideiussorum mentio nulla fit. sed in usu est, etiam si fideiussores accipiamus, praedicere.

§. 121. *Item — liberantur.* Conf. Basilic. Tom. IV, pag. 115. (XXVI, 1, 93.) et L. ult. (29.) C. de fidejussor. (Iustinian.) *et quotquot erunt numero eo tempore — — uiriles partes.* Conf. §. 122 item Commentar. IV. §. 22. *et quotquot erunt numero, singuli — — — partes petere.* §. 4. I. de fidejussor. Conf. §. 122. *Cum autem lex Furia tantum in Italia locum habeat.* Conf. §. 122.

§. 122. *lex autem Apuleia — — — tantum in Italia ualet.* Conf. §. 121. *itaque si creditor etc.* cit. §. 4. I. de fidejussor. *ut ex supradictis apparet.* Vid. §. 121.

missor extranjero, cuya nacion se rija por otras leyes. El heredero del fiador por el contrario tiene que responder de la obligacion.

§. 121. En virtud de la ley Furia quedan libres de su obligacion por el transcurso de dos años los *sponsores* y *fidepromissores*; y sea cualquiera el número de ellos, se divide en otras tantas partes iguales el importe de la deuda al tiempo de exigirse, respondiendo cada uno solamente de su parte. . . . . Mas los fiadores quedan obligados perpetuamente y cada uno en particular, cualquiera que sea su número, por el todo de la obligacion. Por consiguiente el acreedor es libre de reclamar su crédito íntegro del que mejor le parezca; pero entonces se le puede hacer en virtud de una epístola del emperador Adriano que reclame por partes de cada uno de los obligados al pago. Esta epístola difiere de la ley Furia en que si alguno de los *sponsores* ó *fidepromissores* es insolvente. . . . . Mas como la ley Furia solo tiene aplicacion en Italia, resulta que en las provincias quedan los *sponsores* y *fidepromissores* obligados perpetuamente como los fiadores, y cada uno de ellos tiene que responder del importe total de la obligacion, á menos que no se les considere comprendidos en la epístola de Adriano, y disfruten por consiguiente del beneficio concedido á los fiadores.

§. 122. La ley Apuleya introdujo cierta especie de sociedad entre los *sponsores* y *fidepromissores*, pues que si alguno pagase mas de lo que por su parte le corresponda, puede reclamar de los otros el esceso. Mas como la ley Apuleya es anterior á la ley Furia, dispútase si aun despues de la promulgacion de ésta subsistirá el beneficio concedido por aquella. Fuera de Italia es indudable que subsiste, en razon á que solo en ella tiene aplicacion la ley Furia, mientras que la ley Apuleya por el contrario se estiende tambien á las demas provincias. . . . . Por consiguiente si el acreedor percibe de uno solo el importe total de la obligacion, de él solo será el daño si es insolvente el deudor principal á quien fió. Mas segun aparece de lo dicho anteriormente, podrá el fiador, á quien se demandare el todo, exigir en virtud de la epístola de Adriano que solo se le persiga por su parte.

§. 123. Ademas está prevenido por la ley. . . . . que el que toma *sponsores* ó *fidepromissores*, diga y declare de antemano públicamente, tanto el objeto de la obligacion, como el número de *sponsores* ó *fidepromissores* que toma para su seguridad; y que si así no lo hiciere, puedan éstos provocar dentro de treinta dias un juicio prévio, en el que se ventile si se ha hecho esta manifestacion conforme á la ley, quedando libres de toda responsabilidad si se decidiese que no. Y bien que esta ley no haga mencion de los fiadores, está sin embargo en uso hacer la misma declaracion respecto de ellos.

§. 124. Sed beneficium legis Corneliae omnibus commune est. qua lege idem pro eodem, aput eundem, eodem anno, uetatur in ampliorem summam obligari creditae pecuniae, quam in xx milium. et quamuis sponsor uel fidepromissor in ampiorem pecuniam, uelut si (in) sestertium c milia, *se obligauerit, non tamen tenebitur*. Pecuniam autem creditam dicimus non solum eam, quam credendi causa damus, set omnem, quam tunc, cum contrahitur obligatio, certum est debitum iri, id est, (quae) sine ulla condicione deducitur in obligationem. itaque et ea pecunia, quam in diem certum dari stipulamur, eodem numero est, quia certum est, eam debitum iri, licet post tempus petatur. Appellatione autem pecuniae omnes res in ea lege significantur. itaque si uinum, uel frumentum, et si fundum uel hominem stipulemur, haec lex obseruanda est. §. 125. Ex quibusdam tamen causis permittit ea lex in infinitum satis accipere, ueluti si dotis nomine, uel eius quod ex testamento tibi debeatur, aut iussu iudicis satis accipiatur. et adhuc lege uicesima hereditatium cauetur, ut ad eas satisdationes, qua ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non pertineat. §. 126. In eo iure quoque iuris par condicio est omnium, sponsorum, fidepromissorum, fideiussorum, quod ita obligari non possunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. at ex diuerso, ut minus debeant, obligari possunt; sicut in adstipulatoris persona diximus. nam ut adstipulatoris, ita et horum obligatio accessio est principalis obligationis: nec plus in accessione esse potest, quam in principali re. §. 127. In eo quoque par omnium causa est, quod, si quis reo soluerit, eius reciperandi causa habet cum eo mandati iudicium. et hoc amplius sponsores ex lege Publilia propriam habent actionem in duplum, quae appellatur depensi.

§. 128. Litteris obligatio fit ueluti in nominibus transcripticiis. fit autem nomen transcripticium duplici modo: uel a re in personam, uel a persona in personam. §. 129. (*A re in personam tran*)scriptio fit ueluti si id, quod ex emptionis causa, aut con-

§. 126. *ita obligari non possunt* etc. §. 5. I. de fidejussor. *sicut in adstipulatoris persona diximus.* Vid. §. 113.

§. 127. *si quis — iudicium.* §. 6. I. de fidejussor. *et hoc amplius* etc. Conf. infra Commentar. IV. §. §. 9. 22. 25. 102. 171. 186. item Lex Rom. Burgund. Tit. XIV. (Schult. XV.) extr.

§. 128. *Litteris — nominibus.* Conf. Cicero, de Offic. Lib. III, cap. 14, ad Atticum, Lib. IV, epist. 18. in Verrem, Lib. I, cap. 36. 39. pro Roscio Com. cap. 1. 5. Gellius, Lib. XIV, cap. 2. Paulus, L. 9. pr. de pact. pr. I. de litterar. obligat. item infra §. 137. *fit autem* etc. Conf. Epitome, II, 9, §. 12.

§. 129. Conf. Epitome, II, 9, cit. §. 12. Theophilus, III, 21, pr.

§. 124. Empero el beneficio de la ley Cornelia es comun á todas estas personas. Prohibe esta ley que pueda uno obligarse por una misma persona, para con una misma persona y en el mismo año, por préstamo de dinero que esceda de veinte mil sestercios; y aunque el *sponsor* ó el *fidepromissor* se obligasen por mayor cantidad, como cien mil sestercios por ejemplo, no por eso serán responsables. Por dinero prestado entendemos no solo aquel que se dá en tal concepto, sino todo el que ha de deberse ciertamente desde el momento en que se contrae la obligacion, esto es, todo el que constituye una obligacion incondicional. Así es que aun el dinero, cuyo pago estipulamos para cierto dia, pertenece á esta clase, porque si bien no puede exigirse hasta que transcurra algun tiempo, es sin embargo cierto que se deberá para el dia designado. Por la espresion de dinero (*pecuniæ*) ha querido esta ley designar todas las cosas, y por tanto deben observarse sus disposiciones, aunque nuestra estipulacion verse sobre vino, trigo y aun sobre un fundo ó un esclavo.

§. 125. Con todo permite esta ley en ciertos casos recibir caucion sobre cosas indeterminadas, como por ejemplo, á título de dote ó de lo que se debiere á alguno en virtud de un testamento ó por mandamiento del juez; á mas de que se previene por la ley vigésima de las herencias que á las cauciones propuestas, segun lo prevenido en ella, no tenga aplicacion la ley Cornelia.

§. 126. Tambien bajo otro aspecto es igual por derecho la condicion de los *sponsores*, *fidepromissores* y *fiadores*, en que no pueden ser responsables á mas de lo que deba aquel por quien se obligan, aunque sí á menos, como queda dicho respecto del adstipulador, porque en uno y otro caso la obligacion es accesoria de otra obligacion principal, y nunca puede lo accesorio estenderse á mas que lo principal.

§. 127. Asimismo es igual la condicion de todas estas personas, en que si alguna de ellas pagase por el deudor principal, le compete contra él la accion de mandato para hacerse reintegrar, y á mas tienen los *sponsores* en virtud de la ley Publilia una accion propia para exigir el duplo, la cual se llama *actio depensi*.

TITULO XIII.

De las obligaciones literales.

§. 128. La obligacion literal se contrae por ejemplo en los créditos transferibles (*in nominibus transcripticiis*), los cuales tienen lugar de dos maneras, segun que la traslacion es de la cosa á la persona ó de una persona á otra.

§. 129. La primera se efectúa cuando, por ejemplo, cargare

ductionis, aut societatis mihi debeas, id expensum tibi tulero. §. 130. A persona in personam transcriptio fit ueluti si id, quod mihi Titius debet, tibi id expensum tulero, id est, si Titius te delegauerit mihi. §. 131. Alia causa est eorum nominum, quae arcaria uocantur. in his enim *rerum*, non litterarum obligatio consistit: quippe non aliter ualent, quam si numerata sit pecunia; numeratio autem *pecuniae iure naturali* facit obligationem. qua de causa recte dicemus, arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimonium praebere. §. 132. Vnde proprie dicitur, arcariis nominibus etiam peregrinos obligari, quia non ipso nomine, sed numeratione pecuniae obligantur; quod genus obligationis iuris gentium est. §. 133. Transcripticiis uero nominibus an obligentur peregrini, merito quaeritur, quia quodammodo iuris ciuilis est talis obligatio: quod Neruae placuit. Sabino autem et Cassio uisum est, si a re in personam fiat nomen transcripticium, etiam peregrinos obligari; si uero a persona in personam, non obligari. §. 134. Praeterea litterarum obligatio fieri uidetur chirographis et syngraphis, id est, si quis debere se, aut daturum se scribat; ita scilicet, si eo nomine stipulatio non fiat. quod genus obligationis proprium peregrinorum est.

§. 135. Consensu fiunt obligationes in emptionibus et uenditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. §. 136. Ideo autem *istis* modis consensu dicimus obligationes contrahi, *quia* neque uerborum, neque scripturae ulla proprietas desideratur, sed sufficit eos, qui negotium gerunt, consensisse. unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, ueluti per epistulam, aut per internuntium: cum alioquin uerborum abligatio inter absentes fieri non possit. §. 137. Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet: cum alioquin in uerborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat, et in nominibus alius expensum ferendo obliget, alius obligetur. §. 138. Sed ab-

§. 130. Conf. Epitome, II, 9, cit. §. 12.

§. 131. Conf. Donatus ad Terentii Phormionem, Act. V, sc. 7, v. 29. item ad Adelphos, Act. II, sc. 4, v. 13.

§. 132. Conf. Asconii argum. Orat. pro Cornelio.

§. 134. Conf. Asconius, in Verrin. ad Lib. I. cap. 36. (ed. a. 1675. p. 94.) Cicero, ad Atticum, Lib. V, epist. ult. Oratio pro Domo, cap. 50. Oratio de Haruspic. respons. cap. 13.

§. §. 135. 136. *Consensu — per internuntium.* L. 2. pr. et §. §. 1. 2. de obligat. et act. inscripta: Gajus Libro III. Institutionum. Tit. I. de consens. obligat. Conf. Epitome, II, 9, §. 13.

§. 137. *Item — — oportet.* cit. L. 2. de obligat. et act. §. 3. cit. Tit. I. de consens. obligat. *cum alioquin — promittat.* cit. Tit. I.

yo á tu cuenta como entregada realmente la suma que me debes por compra, arrendamiento ó compañía.

§. 130. La de persona á persona tiene lugar si yo, por ejemplo, cargase á tu cuenta en la misma forma lo que Ticio me debe, es decir, si hago que reemplaces á Ticio en su cualidad de deudor mio.

§. 131. No sucede lo mismo con los llamados créditos escritos en los libros de caja (*arcaria*), en los cuales la obligacion se contrae por la cosa y no por lo escrito, porque solo tienen valor en cuanto se haya entregado efectivamente el dinero, entrega que por derecho natural constituye una obligacion. Por consiguiente podemos decir con razon que aquellos créditos no constituyen obligacion por sí mismos, sino que suministran una prueba de haberse aquella contraido.

§. 132. De aquí el que se diga con toda propiedad que esta especie de créditos obliga aun á los extranjeros, en razon á que no es el crédito el que los obliga sino la entrega del dinero; obligacion que es de derecho de gentes.

§. 133. Por el contrario dispútase con razon sobre si los créditos transferibles obligan á los extranjeros, siendo esta obligacion en cierto modo de derecho civil. Tal es la opinion de Nerva; mas Sabino y Casio creen que transfiriéndose el crédito de la cosa á la persona, aun los extranjeros quedan obligados, y no así cuando la traslacion fuere de persona á persona.

§. 134. Parece que la obligacion literal se constituye tambien por quirógrafos y escrituras, esto es, si una persona reconoce por escrito una deuda ó suscribe una obligacion de dar, con tal empero que no se haga estipulacion bajo este nombre. Esta especie de obligacion es propia y peculiar de los extranjeros.

TITULO XIV.

De las obligaciones consensuales.

§. 135. Las obligaciones se constituyen por el consentimiento en la compra y venta, arrendamiento, compañía y mandato.

§. 136. Decimos que en estos casos se contraen las obligaciones por el consentimiento, porque ni hay necesidad de palabras solemnes, ni de escritura alguna, bastando solo que consientan las partes contratantes. De aquí es que estas obligaciones se pueden contraer aun entre ausentes por carta ó mediante tercera persona, cosa que no puede suceder en las obligaciones verbales.

§. 137. Ademas en estos contratos se obligan ambas partes á darse respectivamente lo que la equidad prescribe, cuando por el contrario en las obligaciones verbales la una parte estipula y la otra promete, y en los créditos la una obliga á la otra cargándole una suma en su cuenta.

senti expensum ferri potest, etsi uerbis obligatio cum absente contrahi non possit.

§. 139. *Emptio et uenditio contrahitur* cum de pretio conuenerit, quamuis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit: nam quod arrae nomine datur, argumentum est emptionis et uenditionis contractae. §. 140. Pretium autem certum esse debet. alioquin si ita inter eos conuenerit, ut quanti Titius rem aestimauerit, tanti sit empta, Labeo negauit, ullam uim hoc negotium habere; *quam sententiam* Cassius probat: Ofilius et eam emptionem *putat et uen*ditionem; cuius opinionem Proculus secutus est. §. 141. *Item* pretium in numerata pecunia consistere debet. *nam* in ceteris rebus an pretium esse possit, ueluti (*an*) homo, aut toga, aut fundus alterius rei (*pretium esse possit*), ualde quaeritur. nostri praeceptores putant, etiam in alia re posse consistere pretium. unde illud est, quod uulgo putant, per permutationem rerum emptionem et uenditionem contrahi, eamque speciem emptionis *et* uenditionis uetustissimam esse: argumentoque utuntur Graeco poeta Homero, qui aliqua parte sic ait:

(ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο κερηκομόωντες Ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι).

diuersae scholae auctores dissentiunt, aliudque esse existimant permutationem rerum, aliud emptionem et uenditionem: alioquin *non posse* rem expediri, permutatis rebus, quae uideatur res uenisse, *et quae* pretii nomine data esse; sed rursus utramque uideri et uenisse, et pretii nomine datam esse, absurdum uideri. set *ait* Caelius Sabinus, si rem *a te* uenalem habente, ueluti fundum, acceperim, et pretii nomine hominem forte dederim, fundum quidem uideri uenisse, hominem autem pretii nomine datum esse, *ut* fundus acciperetur.

§. 142. Locatio autem et conductio similibus regulis constituuntur: nisi enim merces certa statuta sit, non uidetur locatio et conductio contrahi. §. 143. Vnde si alieno arbitrio merces promissa sit,

§. 139. pr. I. de empt. et uendit. Conf. Epitome, II, 9, §. 14.
§. 140. Conf. §. 1. I. de empt. et vendit.
§. 141. *Item — — — absurdum uideri.* §. 2. I. de empt. et vendit. Conf. Paulus, L. 1. §. 1. de contrah. empt. *unde illud est* etc. Conf. Servius, ad Georg. Lib. III, vers. 306.
§. 142. Conf. L. 2. pr. locat. conduct. (ex Nostri Reb. cottid.) pr. I. de locat. et conduct. Epitome, II, 9, §. 15.
§. 143. *Vnde — — contrahatur.* Conf. §. 1. I. de locat. et conduct. *qua de causa* etc. cit. §. 1. I.

§. 138. Sin embargo, esto último puede hacerse con un ausente, al paso que las obligaciones verbales jamas puedan tener lugar entre ausentes.

§. 139. La compra y venta existe desde el punto en que haya convenio sobre el precio, aun cuando no se pague ni mediaren arras, porque lo que se dá en este concepto, no constituye la compra, sino sirve únicamente para probar que se ha contraido.

§. 140. El precio empero debe ser cierto; pues de otro modo, como si por ejemplo convinieren las partes en que lo marque Ticio, es nulo el contrato en opinion de Labeon admitida tambien por Casio; pero Ofilio lo cree válido, parecer que ha seguido Próculo.

§. 141. El precio debe ademas consistir en dinero contante. Mucho se ha controvertido la cuestion de si puede el precio consistir en otros objetos, por ejemplo, si un esclavo, un vestido, un fundo pueden ser precio de cualquiera otra cosa. Nuestros maestros creen que el precio de un objeto puede tambien consistir en otros objetos, y de aquí proviene que ordinariamente juzgan contraida la compra y venta por la permuta de las cosas, siendo, segun ellos, antiquísima esta especie de compra y venta, como lo prueba el siguiente pasaje de Homero:

«*Los griegos dan por precio del vino cobre unas veces, hierro otras, despojos de bueyes ó los mismos bueyes otras, y otras en fin entregan esclavos.....*»

Los autores de la escuela opuesta son de diverso parecer, y creen que una cosa es la compra y venta, y otra el cambio ó permuta; pues de lo contrario sería imposible distinguir en esta cuál es el objeto vendido y cuál el que sirve de precio, pareciendo absurdo considerar á entrambos á la vez como objeto y precio de la venta. Esto no obstante, si recibiere yo un objeto que tu tengas en venta, dice Celio Sabino, como un fundo por ejemplo, entregándote como precio un esclavo, parece cierto que el fundo es el objeto vendido en este caso, y que el precio de su adquisicion es el esclavo.

§. 142. Los mismos principios rigen en materia de arrendamientos, porque no existe este contrato si no se establece un alquiler cierto y determinado.

§. 143. De aquí la cuestion sobre si se contrae arrendamien-

uelut quanti *Titius* aestimauerit, quaeritur, an locatio et conductio contrahatur. qua de causa si fulloni polienda curandaue, sarcinatori sarcienda uestimenta dederim; nulla statim mercede constituta, postea tantum daturus, quantum inter nos conuenerit, quaeritur an locatio et conductio contrahatur. §. 144. Vel si rem tibi utendam dederim, et inuicem aliam rem utendam acceperim, quaeritur an locatio et conductio contrahatur. §. 145. Adeo autem emptio et uenditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter se habere uidentur, ut in quibusdam causis quaeri soleat, utrum emptio et uenditio contrahatur, an locatio et conductio. ueluti si qua res in perpetuum locata sit: quod euenit in praediis municipum, quae ea lege locantur, ut, quamdiu id uectigal praestetur, neque ipsi conductori, neque heredi eius praedium auferatur. sed magis placuit locationem conductionemque esse. §. 146. Item si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut in singulos, qui integri exierint, pro sudore denarii xx mihi darentur; in eos uero singulos, qui occisi aut debilitati fuerint, denarii mile: quaeritur, utrum emptio et uenditio, an locatio et conductio contrahatur. et magis placuit, eorum, qui integri exierint, locationem et conductionem contractam uideri; at eorum, qui occisi aut debilitati sunt, emptionem et uenditionem esse: idque ex accidentibus apparet, tanquam sub condicione facta cuiusque uenditione aut locatione. iam enim non dubitatur, quin sub condicione res ueniri aut locari possint. §. 147. Item quaeritur, si cum aurifice mihi conuenerit, ut si ex auro suo certi ponderis certaeque formae anulos mihi faceret, et acciperet uerbi gratia denarios cc, utrum emptio et uenditio, an locatio et conductio contrahatur. Cassius ait, materiae quidem emptionem uenditionem contrahi, operarum autem locationem et conductionem. sed plerisque placuit, emptionem et uenditionem contrahi. atqui si meum aurum ei dedero, mercede pro opera constituta, conuenit, locationem conductionem contrahi.

§. 148. Societatem coire solemus aut totorum bonorum, aut unius alicuius negotii, ueluti mancipiorum emendorum aut uendendorum. §. 149. Magna autem quaestio fuit, an ita coiri possit societas, ut quis maiorem partem lucretur, minorem damni praestet. quod Quintus Mucius etiam (*contra naturam societatis esse censuit. Sed Seruius Sulpicius, cuius*) praeualuit

§. 144. Conf. §. 2. I. de locat. et conduct.

§. 145. *Adeo — — — an locatio et conductio.* §. 3. I. de locat. et conduct. Conf. cit. L. 2. locat. et conduct. §. 1. *ueluti* etc. Conf. cit. §. 3. I.

§. 147. *Item — — — uenditionem contrahi.* §. 4. I. de locat. et conduct. Conf. cit. L. 2. §. 1. locat. conduct. *atqui si meum aurum* etc. Conf. cit. §. 4. I. et cit. L. 2. §. 1.

§. 148. pr. I. de societ. Conf. Epitome, II, 9, §. 16.

§. 149. Conf. §. 2. I. de societ. *quod Quintus Mucius* etc. Conf. Paulus, L. 30. pro socio. *nam et ita posse coiri societatem* etc. Conf. Epitome, II, 9, cit. §. 16.

to cuando se deja el señalamiento de alquiler al arbitrio de un tercero, á lo que aprecie Ticio, por ejemplo. Por esta causa es tambien cuestionable si se contrae arrendamiento cuando se dá un vestido, por ejemplo, al tintorero ó al sastre para que lo limpien ó arreglen, sin establecer desde luego la cantidad que mas tarde hayan de tomar por su trabajo.

§. 144. La misma cuestion se presenta cuando yo te diere una cosa para tu uso, recibiendo en cambio otra para el mio.

§. 145. Con todo es tal la analogia que existe entre el contrato de compra y venta y el arrendamiento, que suele dudarse algunas veces cuál de los dos se contrae, como cuando se arrienda una cosa perpetuamente, lo cual acontece con los predios de los municipios que se arriendan conforme á lo dispuesto en las leyes, con la condicion de que no puedan quitarse al arrendatario ni á su heredero mientras pagaren la renta. Ha prevalecido, sin embargo, la opinion de que es arrendamiento lo que se efectua en este caso.

§. 146. Tambien si yo te entregase cierto número de gladiadores con la condicion de que se me han de dar veinte denarios por el trabajo de cada uno de los que salieren intactos, y mil por cada uno de los muertos ó estropeados, se disputa si hay en este caso venta ó arrendamiento. La opinion mas general es que hay arrendamiento respecto de los que salieren intactos, y venta respecto de los muertos ó estropeados, lo cual depende del éxito, á la manera que si cada uno de ellos hubiera sido vendido ó arrendado condicionalmente, pues ya nadie duda que pueden venderse ó arrendarse las cosas bajo condicion.

§. 147. Dispútase tambien si se contrae compra y venta ó arrendamiento, cuando un orífice conviniere conmigo en hacerme, por ejemplo, anillos de determinado peso y forma con oro suyo, y en que recibirá, v. gr., doscientos denarios. Casio afirma que hay compra-venta relativamente á la materia, y arrendamiento respecto á la manufactura; pero la opinion mas general es que en este caso se verifica una compra y venta: mas si yo le diere el oro y un salario por su trabajo al orífice, conviene aquel autor en que se contrae arrendamiento.

§. 148. Acostumbramos formar compañía ó sociedad, ora de todos los bienes, ora para una empresa determinada, como para comprar y vender esclavos.

§. 149. Ha habido grandes controversias sobre la validez de una sociedad que se contrajera con la condicion de que uno llevase mas parte de ganancia y menos de pérdida que los demas asociados. Esto, segun Quinto Mucio, es contrario á la naturaleza misma de la sociedad. Pero Servio Sulpicio, cuya opinion

sententia, adeo ita coiri posse societatem existimauit, ut dixerit, illo quoque modo coiri posse, ut quis nihil omnino damni praestet, set lucri partem capiat, si modo opera eius tam pretiosa uideatur, ut aequum sit, eum cum hac pactione in societatem admitti. nam et ita posse coiri societatem constat, ut unus pecuniam conferat, alter non conferat, et tamen lucrum inter eos commune sit: saepe enim opera alicuius pro pecunia ualet. §. 150. Illud certum est, si de partibus lucri et damni nihil inter eos conuenerit, tamen aequis ex partibus commodum ut incommodum inter eos commune esse. sed si in altero partes expressae fuerint, velut in lucro, in altero uero omissae, in eo quoque, quod omissum est, similes partes erunt. §. 151. Manet autem societas eousque, donec in eodem sensu perseuerant. at cum aliquis renuntiauerit societati, societas soluitur. sed plane si quis in hoc renuntiauerit societati, ut obueniens aliquod lucrum solus habeat, ueluti si mihi totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiauerit societati, ut hereditatem solus lucrifaciat, cogetur hoc lucrum communicare. si quid vero aliud lucrifecerit, quod non captauerit, ad ipsum solum pertinet. mihi uero quidquid omnino post renuntiatam societatem adquiritur, soli conceditur. §. 152. Soluitur adhuc societas etiam morte socii; quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. §. 153. Dicitur, et capitis diminutione solui societatem, quia ciuili ratione capitis diminutio morti ********** dicitur: set si adhuc consentiant in societatem, noua uidetur incipere societas. §. 154. Item si cuius ex sociis bona publice, aut priuatim uenierint, soluitur societas. sed ********* societas ********** consensu contrahitur nudo iuris ********** omnes homines naturali ratione possunt.

§. 155. Mandatum consistit, siue nostra gratia mandemus, siue aliena ********** negotia geras, siue ut alterius ********* ********** obligatio, et inuicem alter alteri tenebimur ***** ********** mihi bona fide praestare oportere. §. 156. Nam si tua gratia tibi mandem, superuacuum est mandatum: quod enim tu tua gratia facturus sis, id ex tua sententia, non ex meo mandatu facere uideberis, itaque si otiosam pecuniam domi te

§. 150. Conf. §. §. 1. 3. I. de societ.
§. 151. §. 4. I. de societ. Conf. Epitome, II, 9, §. 17.
§. 152. §. 5. I. de societ. Conf. Epitome, II, 9, cit. §. 17.
§. 153. *Dicitur — societatem.* Conf. Epitome, II, 9, cit. §. 17. §. 7. I. de societ. *quia ciuili ratione* etc. Conf. supra §. 101. *set si adhuc* etc. Conf. §. 8. I. de societ.
§. 154. Conf. cit. §. 8. I. *consensu contrahitur nudo.* Conf. Epitome, II, 9. §. §. 16. 17.
§. 155. Conf. Epitome, II, 9, §. 18. L. 2. pr. mand. (ex Nostri Reb. cottid.) pr. I. eod.
§. 156. *Nam — — — eum emisse, non tamen.* Conf. cit. L. 2. mand. pr. et §. 6. item pr. et §. 6. I. eod. *et adeo haec* etc. cit. §. 6. I.

ha prevalecido, cree tanto mas válida una sociedad formada con esta condicion, cuanto que afirma lo sería tambien aquella en que se pactase que alguno no tuviese pérdida alguna, llevando sin embargo parte en las ganancias, con tal empero que su trabajo se considerase de tanta importancia, que pareciese justo admitirle en la sociedad con semejante pacto. Porque es constante que tambien puede constituirse una sociedad de tal manera que uno de los sócios ponga el dinero y otro no, siendo sin embargo comun á ambos la ganancia; pues frecuentemente la industria de un sócio equivale á un capital.

§. 150. Es evidente que aun cuando nada estipulen entre sí los sócios acerca de las ganancias y pérdidas, unas y otras se repartirán sin embargo entre ellos por iguales partes. Pero cuando solo se haya espresado el tanto que corresponde á cada sócio en las ganancias y no en las pérdidas ó viceversa, servirá de base para las unas lo que respecto de las otras esté convenido.

§. 151. La sociedad continúa mientras tanto que los sócios perseveren en la misma intencion, mas con uno solo que renuncie queda disuelta. Esto no obstante, cuando alguno se separare de la sociedad con el objeto de aprovecharse él solo de alguna ganancia que espera, como si en una sociedad de todos los bienes mi consócio instituido heredero por alguno se retirase de ella con el fin de reportar él solo todos los beneficios de la herencia, puedo obligarlo á que los divida conmigo, si bien lo que obtuviere por cualquier otro concepto, le pertenece esclusivamente. En cuanto á mí, todo lo adquirido despues de la separacion de mi consócio, es del todo propiedad mia sin participacion suya.

§. 152. La sociedad se disuelve tambien por la muerte de uno de los sócios, porque todo el que celebra este contrato, lo hace con persona cierta y determinada.

§. 153. Afírmase que tambien se disuelve la sociedad por la *capitis* diminucion, puesto que ésta, segun el derecho civil, *equivale* á la muerte; pero si consintieren los sócios en permanecer unidos, se considera esto como principio de una nueva sociedad.

§. 154. Tambien se acaba la sociedad cuando los bienes de un sócio sean vendidos pública ó privadamente. Pero. . . . . .

§. 155. El *mandato* se constituye, sea que lo demos en provecho nuestro ó en el de un tercero. . . . . .

§. 156. Porque sería supérfluo el mandato que yo te diese en beneficio tuyo, pues lo que hicieses en este caso se consideraría como hecho por tu propio dictamen y no por mi mandato. De consiguiente, si diciéndome tú que tienes en tu casa fondos

habere mihi dixeris est ego te hortatus fuerim, *ut eam* fenerares: quamuis eam ei mutuam dederis, a quo *seruare non* potueris; non tamen habebis mecum *mandati actionem*. itaque et si hortatus sim, *ut rem aliquam* emeres, *quamuis* non expedierit tibi, eam emisse, non tamen ********** et adeo haec ita sunt, ut quaeratur, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, ut *Titio* pecuniam *fenerares*. ********** *** *quia* non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset. §. 157. Illud ********** mandet*ur*, quod contra bonos mores est, non contrahi obligationem: uelut si tibi mandem, ut Titio furtum, aut iniuriam facias. §. 158. Item si quis post mortem meam (*aliquid mihi*) faciendum mandet, inutile mandatum est, quia generaliter placuit, ab heredis persona obligationem incipere non posse. §. 159. Sed recte quoque consummatum mandatum si, dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit, euanescit. §. 160. Item si adhuc integro mandato mors alterutrius interueniat, id est, uel eius, qui mandarit, uel eius, qui mandatum susceperit, soluitur mandatum. sed utilitatis causa receptum est, si mortuo eo, qui mihi mandauerit, ignorans eum decessisse, exsecutus fuero mandatum, posse me agere mandati actione: alioquin iusta et probabilis ignorantia damnum mihi adferret. et huic simile est, quod plerisque placuit, si debitor meus manumisso dispensatori meo per ignorantiam soluerit, liberari eum; cum alioquin stricta iuris ratione non posset liberari eo, quod alii soluisset, quam cui soluere deberet. §. 161. Cum autem is, cui recte mandauerim, egressus fuerit mandatum, ego quidem eatenus cum eo habeo mandati actionem, quatenus mea interest, inplesse eum mandatum, si modo implere potuerit: at ille mecum agere non potest. itaque si mandauerim tibi, ut uerbi gratia fundum mihi sestertiis c emeres, tu *sestertiis* CL emeris, non habeb*is* mecum mandati actionem, etiamsi tanti uelis mihi dare fundum, quanti emendum tibi mandassem. idque maxime Sabino et Cassio placuit. quodsi minoris emeris, habebis mecum scilicet actionem, quia qui mandat, ut c milibus emeretur, is utique mandare intellegitur, uti minoris, si posset, emeretur. §. 162. In summa sciendum (*est quoties*, *faciendum*)

§. 157. Conf. §. 7. I. de mand. Epitome, II, 9, cit. §. 18.
§. 158. *quia generaliter* etc. Conf. supra §. 100.
§. 159. §. 9. I. de mand. Conf. Epitome, II, 9, §. 19.
§. 160. §. 10. I. de mand. Conf. Epitome, II, 9, cit. §. 19.
§. 161. *Cum — — — Cassio placuit*. Conf. §. 8. I. de mand. Epitome, II, 9, §. 20. Paulus, L. 3. §. 2. mand. item Gajus noster L. 4. eod. (ex Reb. cottid.) *quodsi minoris* etc. cit. §. 8. I.
§. 162. Conf. §. ult. I. de mand.

inactivos, te aconsejare yo que los pongas á rédito, aun cuando los prestes á una persona de la cual no puedas reembolsarlos, no tendrás sin embargo contra mí la accion de mandato. Lo mismo sucedería, si exhortado por mí comprases alguna cosa, aun cuando ninguna ventaja te proporcionase el haberla comprado. Y tan es así, que se disputa si aun puede ser obligada por la accion de mandato aquella persona que te *mandare* prestar dinero á Ticio. . . . . .

(*Hic duo lineae desunt.*)

. . . . . porque no hubieras prestado á Ticio á no mediar el mandato.

§. 157. *Es evidente* que el mandato no produce obligacion cuando es contrario á las buenas costumbres, como si yo te *mandase* injuriar á Ticio ó hurtarle alguna cosa.

§. 158. Tambien es nulo el mandato, cuando lo que se me *mandare* sea para despues de mi muerte, porque está generalmente reconocido que la obligacion no puede empezar en la persona del heredero.

§. 159. Aun el mandato regularmente contraido se desvanece, caso de revocarse antes de haber tenido efecto.

§. 160. Asimismo se disuelve el mandato cuando no se ha llevado á ejecucion por la muerte del mandante ó del mandatario; pero se ha admitido por razon de utilidad que si despues de la muerte de mi mandante ejecutare yo, sin tener noticia de ella, el mandato, podré reclamar por la accion de este nombre, pues de otro modo se trocaría en mi daño una ignorancia inocente y verosimil. Este caso es muy semejante á aquel en que, segun la opinion mas comun, si mi deudor pagase á mi mayordomo ignorando haberle yo manumitido, queda exento de la obligacion, no obstante que siguiendo el derecho estricto, no se libraría por haber pagado á quien no debiera.

§. 161. Cuando mi mandatario traspasa los límites del mandato, tengo contra él la accion de este nombre en cuanto me importare que el mandato se cumpliera exactamente, con tal empero que aquel haya podido hacerlo; mas no se le concede accion contra mí. Y de consiguiente si yo te encomendase, por ejemplo, que me compres un fundo en cien sestercios, y tu lo hicieres en ciento cincuenta, no podrás ejercer contra mí la accion de mandato, aun cuando consintieses en darme el fundo por el precio que yo te habia fijado. Tal es con especialidad la opinion de Sabino y Casio. Pero si comprases el fundo por menos cantidad de la señalada por mí, te compete entonces la accion de mandato, porque el que te encarga que compres por cien mil, se entiende que te encarga tambien comprar por menos precio si pudieses.

§. 162. En fin, téngase presente que hay lugar á la accion

aliquid gratis dederim, quo nomine, si mercedem statuissem, locatio et conductio contraheretur, mandati esse actionem: ueluti si fulloni polienda curandaue uestimenta, aut sarcinatori sarcienda (*dederim*).

§. 163. Expositis generibus obligationum, quae ex contractu nascuntur, admonendi sumus, adquiri nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eas personas, quae in nostra potestate, manu, mancipione sunt. §. 164. Per liberos quoque homines et alienos seruos, quos bona fide possidemus, adquiritur nobis; sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis, uel ex re nostra adquirant. §. 165. Per eum quoque seruum, in quo usumfructum habemus similiter ex duabus istis causis nobis adquiritur. §. 166. Sed qui nudum ius Quiritium in seruo habet, licet dominus sit, minus tamen iuris in ea re habere intellegitur, quam usufructuarius et bonae fidei possessor. nam placet, ex nulla causa ei adquiri posse: adeo ut, etsi nominatim ei dari stipulatus fuerit seruus, mancipioue nomine eius acceperit, quidam existiment, nihil ei adquiri. §. 167. Communem seruum pro dominica parte dominis adquirere certum est; excepto eo, quod uni nominatim stipulando, aut mancipio accipiendo, illi soli adquirit, uelut cum ita stipuletur: TITIO DOMINO MEO DARI SPONDES? aut cum ita mancipio accipiat: HANC REM EX IVRE QVIRITIVM LVCII TITII DOMINI MEI ESSE AIO, EAQVE EI EMPTA ESTO HOC AERE AENEAQVE LIBRA. illud quaeritur *an* quod domini nomen adiectum *ef*ficit, idem faciat unius ex dominis iussum intercedens. nostri praeceptores perinde ei, qui iusserit, soli adquiri existimant, atque si nominatim ei soli stipulatus esset seruus, mancipioue/accepisset. diuersae scholae auctores proinde utrisque adquiri putant, ac si nullius iussum interuenisset.

§. 163. pr. I. per quas person. nob. obligat. acquir. Conf. supra Commentar. II. §. 36.

§. 164. §. 1. I. per quas person. nob. obligat. acquir. Conf. supra Commentar. II. §. §. 86. 92.

§. 165. §. 2. I. per quas person. nob. obligat. acquir. Conf. supra Commentar. II. §. §. 86. 91.

§. 166. Conf. supra Commentar. II. §. 88.

§. 167. *Communem* — — — SPONDES? §. 3. I. per quas person. nob. obligat. acquir. HANC REM — — — LIBRA. Conf. supra Commentar. I. §. 119. *illud quaeritur* etc. Conf. cit. §. 3. I. L. ult. C. per quas person. nob. acquir. (Iustinian.) *nostri praeceptores* — — — *accepisset*. Conf. Pomponius, L. 6. de stipulat. servor.

de mandato cuantas veces encarguemos á alguno que nos haga cualquier cosa gratuitamente; pero de tal suerte que á medias merced ó estipendio, constituiríamos un arrendamiento, como si diésemos á limpiar ó componer un vestido al tintorero ó al sastre.

TITULO XV.

Por medio de qué personas podemos adquirir una obligacion.

§. 163. Espuestas las diferentes especies de obligaciones que nacen de los contratos, conviene advertir que no solamente adquirimos por nosotros mismos, sino tambien por aquellas personas que se hallan en nuestra potestad, poder ó mancipio.

§. 164. Tambien adquirimos por los hombres libres y por los esclavos agenos que poseemos de buena fé, pero en dos casos solamente, esto es, cuando la adquisicion proviene de su trabajo ó de una cosa nuestra.

§. 165. En estos dos casos adquirimos asimismo por el esclavo que tengamos en usufructo.

§. 166. No obstante de esto, el dueño de un esclavo por el simple derecho quiritario, dado que sea su señor, se considera que tiene sobre él derechos mas limitados que el usufructuario y el poseedor de buena fé. Tan es así que, segun la opinion constante, nada puede adquirir dicho señor por medio del esclavo, hasta tal punto que por el dictámen de algunos autores ni aun siquiera le es dado hacer suyo aquello mismo que el esclavo hubiere estipulado espresamente para él ó recibido en mancipio á su nombre.

§. 167. Es evidente que lo que adquiera el esclavo comun de dos señores, pertenece á entrambos en proporcion de la parte que en él tenga cada uno, salvo lo que el esclavo estipulase ó recibiese en mancipio espresamente para uno solo de sus señores, único que en este caso lo adquiere, como si, por ejemplo, estipulase así: ¿TE PROMETES DAR A TICIO MI SEÑOR? ó cuando recibiere en mancipio de esta manera: AFIRMO QUE ESTA COSA PERTENECE POR DERECHO QUIRITARIO A LUCIO TICIO MI SEÑOR, Y QUE LA HE COMPRADO PARA EL MEDIANTE ESTA MONEDA Y ESTA BALANZA DE METAL. Dispútase si causa el mismo efecto lo que el esclavo haga empleando el nombre de todos sus señores, que lo ejecutado por órden de uno solo. Nuestros maestros creen que adquiere solamente para el que haya dado la órden, no de otra manera que si el esclavo estipulase ó recibiese en mancipio para aquel solo espresamente. Los autores de la escuela opuesta opinan, por el contrario, que adquiere para todos los señores, como si tal órden no hubiese intervenido.

§. 168. Tollitur autem obligatio praecipue solutione eius, quod debeatur. unde quaeritur, si quis consentiente creditore aliud pro alio soluerit, utrum ipso iure liberetur, quod nostris praeceptoribus placet; an ipso iure maneat obligatus, set aduersus petentem exceptione doli mali defendi debeat, quod diuersae scholae auctoribus uisum est.

§. 169. Item per acceptilationem tollitur obligatio. acceptilatio autem est ueluti imaginaria solutio. quod enim ex uerborum obligatione tibi debeam, id si uelis mihi remittere, poterit sic fieri, ut patiaris haec uerba *me* dicere: QVOD EGO TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTVM? et tu respondeas: HABEO. §. 170. Quo genere, ut diximus, (*tantum eae soluuntur obligationes, quae ex uerbis consistunt*), non etiam ceterae. consentaneum enim uisum est, uerbis factam obligationem posse aliis uerbis dissolui. set *et* id, quod ex alia causa debeatur, potest in stipulationem deduci et per acceptilationem imaginaria solutione (*dissolui*). §. 171. Tamen mulier sine tutore auctore acceptum facere non potest; cum alioquin solui ei sine tutore possit. §. 172. Item quod debetur, pro parte ********** recte solui*tur*: an autem in partem acceptum fieri p*ossit quae*situm est.

§. 173. *Est* etiam alia speeies imaginariae solutionis per aes et libram quod et ipsum genus certis in causis receptum est: ueluti si quid eo nomine debeatur, quod per ae*s* et libram gestum e*st*, siue *quid* ex iudicati causa debitum (*sit*). §. 174. Adhiben*tur* autem non minus quam quinque testes et libripens. deinde is, qui liberatur, ita oportet loquatur: QVOD EGO TIBI TOT MILIBVS EO NOMINE ********** SOLVO LIBRBOQVE HOC AERE AENEAQVE LIBRA HANC TIBI LIBRAM PRIMAM POSTREMAM ****** ******** ******** deinde asse percutit libram *eumque dat ei*, a quo liberatur, ueluti soluendi causa. §. 175. Similiter legatarius heredem eodem modo liberat de legato, quod per damnationem relictum est, ut tamen ********** esse significat ********** esse dicat. de eo tamen *tantum* potest hoc

§. 168. Conf. pr. I. quib. mod. obligat. toll. Epitome, II, 10. pr. Vlpianus, L. 26. §. 4. de condict. indeb. et L. 1. §. 5. de pecun. constit. L. 17. C. de solut. (Dioclet. et Maxim.)

§. §. 169. 170. §. 1. I. quib mod. obligat. toll.

§. 171. Conf. supra Commentar. II. §. 35.

§. 172. Conf. cit. §. 1. I. quib. mod. oblig. toll.

§. 173. Conf. Livius, Lib. VI, cap. 14. item Festus, sub voce Nexum.

§. 174. Conf. supra Commentar. I. §. 119. et. Commentar. II. §. 104. PRIMAM POSTREMAM. Conf. Livius, Lib. I, cap. 24.

§. 175. Conf. Cicero, de Legib. Lib. II, cap. 20. 21.

TITULO XVI.

De qué modo se acaban las obligaciones.

§. 168. Acábase principalmente la obligacion por el pago de lo que se debe; pero ¿en rigor de derecho quedará libre el deudor, cuando consintiendo el acreedor, le pagare una cosa por otra? Nuestros maestros piensan que sí; mas los autores de la escuela contraria sostienen que subsiste la obligacion, si bien podrá el deudor oponer la escepcion de dolo malo á una nueva peticion del acreedor.

§. 169. Las obligaciones se estinguen tambien por aceptilacion (*acceptilatio*), la cual es una especie de paga ficticia. Lo que yo te deba, pues, en virtud de una obligacion verbal, puedes, si quieres, perdonármelo permitiendo que yo te diga estas palabras: ¿TIENES POR RECIBIDO LO QUE YO TE PROMETI? y respondiendo tú: LO TENGO.

§. 170. Segun hemos dicho ya, las obligaciones verbales y no otras son las que pueden acabarse de este modo; porque ha parecido natural que la obligacion contraida por palabras pueda tambien disolverse por otras palabras. Esto no obstante, cualquier obligacion, aunque provenga de otro título, puede convertirse en estipulacion y disolverse por aceptilacion.

§. 171. Sin embargo, no es permitida á la mujer la aceptilacion, sin que interponga el tutor su autoridad, siendo así que no necesita de ella para recibir un pago.

§. 172. Tambien lo que se debe, por parte. . . . . se paga válidamente; pero es cuestionable si la aceptilacion puede hacerse parcialmente, es decir, respecto de una parte de la obligacion.

§. 173. Hay otra especie de paga ficticia que se hace *per aes et libram*, y tiene lugar en ciertos casos, como cuando el acto que constituyó la deuda se hizo *per aes et libram*, ó cuando aquella proviene de sentencia judicial (*ex judicati causa*).

§. 174. Han de concurrir á este acto cinco testigos á lo menos y el libripende, debiendo el deudor emplear esta fórmula: LOS TANTOS MIL QUE TE DEBO EN VIRTUD DE. . . . . PAGO Y QUEDO LIBRE MEDIANTE ESTA MONEDA Y ESTA BALANZA DE METAL. . . . . SOLVO LIBEROQUE HOC AERE LIBRA HANC TIBI LIBRAM PRIMAM POSTREMAM. . . . . toca en seguida la balanza con la moneda, y entrega esta última al acreedor como por via de paga.

§. 175. De un modo semejante puede el legatario de un legado hecho por condenacion librar de él al heredero. . . . . ; pero esto solo puede verificarse cuando el legado consiste en cosas ponderables ó numerables, y es ade-

modo liberari, quod pondere, numero constet; et ita si certum sit. quidam et de eo, quod mensura constat, *idem* existimant.

§. 176. Praeterea nouatione tollitur obligatio; ueluti si quod tu mihi debeas, a Titio dari stipulatus sim. nam interuentu nouae personae noua nascitur obligatio, et prima tollitur translata in posteriorem. adeo ut in*ter*dum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollatur: ueluti si quod mihi debes, a Titio post mortem eius, uel a muliere pupillone sine tutore auctore stipulatus fuero. quo casu rem amitto: nam et prior debitor liberatur, et posterior obligatio nulla est. non idem iuris est si a seruo stipulatus fuero: nam tunc proinde adhuc obligatus tenetur, ac si postea a nullo stipulatus fuissem. §. 177. Sed si eadem persona sit, a qua postea stipuler, ita demum nouatio fit, si quid in posteriore stipulatione noui sit; forte si condicio, uel sponsor, aut dies adiiciatur, aut *de*trahatur. §. 178. Sed quod de sponsore dixi, non constat. nam diuersae scholae auctoribus placuit, nihil ad nouationem proficere sponsoris adiectionem aut detractationem. §. 179. Quod autem diximus, si condicio adiiciatur nouationem fieri, sic intellegi *oportet*, ut ita dicamus factam nouationem, si condicio extiterit: alioquin si defecerit, durat prior obligatio. sed uideamus, num is, qui eo nomine agat, doli mali, aut pacti conuenti exceptione possit summoueri. *et* uidetur inter eos id actum, ut ita ea res peteretur, si posterioris stipulationis extiterit condicio. Seruius tamen Sulpicius existimauit, statim, et pendente condicione, nouationem fieri, et si defecerit condicio, ex neutra causa agi posse: eo modo rem perire. qui consequenter et illud respondit: si quis id, quod sibi Lucius Titius deberet, a seruo fuerit stipulatus, nouation*em* fieri et rem perire; quia cum seruo agi non potest. sed in utroque casu alio iure utimur. non magis his casibus nouatio fit, quam si id, quod tu mihi debeas, a peregrino, cum quo sponsio*nis* communio non est, SPONDES uerbo stipulatus sim.

§. 180. Tollitur adhuc obligatio litis contestatione, si modo legitimo iudicio fuerit actum. nam tunc obligatio quidem principalis dissoluitur, incipit autem *ten*eri reus litis contestatione:

§. 176. §. 3. I. quib. mod. obligat. toll. Conf. Epitome. II, 9, §. 11. *ueluti si quod mihi debes, a Titio post mortem eius — — stipulatus fuero.* Conf. supra §. §. 100. 107. 108. 119. *non idem iuris est si a seruo* etc. Conf. §. §. 119. 179.

§. 177. cit. §. 3. I. quib. mod. oblig. toll.

§. 179. *Quod — — — prior obligatio*, cit. §. 3. I. quib. mod. obligat. toll. *qui consequenter* etc. Conf. supra §. 176. *Non magis* etc. Conf. supra §. 93.

más cierto y determinado. Algunos autores opinan que debe suceder lo mismo aun cuando consista en cosas mensurables.

§. 176. Las obligaciones se acaban tambien por la *novacion* (*nouatione*), como si yo, por ejemplo, estipulare con Ticio que me haya de dar lo que tú me debes, pues en virtud de la intervencion de otra persona se constituye nueva obligacion que reemplaza á la primera y la estingue. Tan es así, que á veces, aun cuando la estipulacion posterior sea nula, no por eso deja de terminar la primera á causa de la novacion, como si lo que tú me debes lo estipulare yo de Ticio para despues de su muerte, ó de un pupilo ó una mujer sin la autorizacion del tutor, en cuyo caso pierdo la cosa porque queda libre el primer deudor, y juntamente es nula la segunda obligacion. No sucedería lo mismo si la estipulacion fuese con un esclavo, porque en este caso continuaría obligado el primer deudor como si de nadie hubiese yo estipulado despues.

§. 177. Mas si la estipulacion posterior fuese con la misma persona obligada primitivamente, no se verifica en este caso la novacion á menos que no contenga algo nuevo la obligacion posterior, como la adicion ó supresion de una condicion, de un *sponsor* ó de un término.

§. 178. Pero no es incontestable lo que he dicho del *sponsor*, porque, segun creen los autores de la escuela contraria, nada importa para la novacion que se añada ó se quite alguno.

§. 179. Cuando hemos dicho que si se añade una condicion hay novacion, debe entenderse esto si aquella se cumpliere, pues de otro modo subsiste la primera obligacion. Veamos, sin embargo, si el que demanda por esta causa puede ser repelido por la escepcion de dolo malo ó por la de pacto ajustado (*pacti conventi*). Parece desde luego que los contrayentes han querido que no pudiese exigirse la cosa sino en tanto que se cumpla la condicion de la estipulacion posterior. Sin embargo, segun Servio Sulpicio, la novacion queda constituida desde luego, aun antes de cumplirse la condicion, y si esta llega á faltar, no puede pedirse la cosa por ningun título, estinguiéndose de este modo el crédito. Consiguiente á su opinion este jurisconsulto, decidió que si una persona estipulare de un esclavo lo que le debiere Lucio Ticio, se verifica la novacion y perece el crédito, porque no puede reclamarse del esclavo. Pero nosotros seguimos en la práctica, tanto en uno como en otro caso, que no hay novacion, á la manera que si yo estipulase de un extranjero que ha de pagarme lo que tú me debes, sirviéndome de las palabras: PROMETES (*spondes*), siendo así que por su condicion de extranjero no puede mediar entre los dos una obligacion contraida de esta manera.

§. 180. Acábase tambien la obligacion por la *litis contestatio*, con tal que se verifique *in juditio legitimo*; porque entonces queda ciertamente disuelta la obligacion principal y empieza para

set si condemnatus sit, sublata litis contestatione, incipit ex causa iudicati teneri. et hoc (*est*), quod apud ueteres scriptum est: ante litem contestatam dare debitorem oportere; post litem contestatam condemnari oportere; post condemnationem iudicatum facere oportere. §. 181. Vnde fit, ut si legitimo iudicio debitum petiero, postea de eo ipso iure agere non possim, quia inutiliter intendo, DARI MIHI OPORTERE; quia litis contestatione dari oportere desiit. aliter atque si imperio continenti iudicio egerim: tunc enim nihilominus obligatio durat, et ideo ipso iure postea agere possum; sed debeo per exceptionem rei iudicatae uel in iudicium deductae summoueri. quae autem (*sint*) legitima iudicia, et quae imperio contineantur, sequenti commentario referemus.

§. 182. Transeamus nunc ad obligationes, quae ex delicto oriuntur; ueluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum dederit, iniuriam commiserit: quarum omnium rerum uno genere consistit obligatio; cum ex contractu obligationes in IIII genera deducantur, sicut supra exposuimus.

§. 183. Furtorum autem genera Seruius Sulpicius et Masurius Sabinus IIII esse dixerunt, manifestum et nec manifestum, conceptum et oblatum: Labeo duo, manifestum, nec manifestum; nam conceptum et oblatum species potius actionis esse furto cohaerentes, quam genera furtorum; quod sane uerius uidetur, sicut inferius apparebit. §. 184. Manifestum furtum quidam id esse dixerunt, quod dum fit deprehenditur. alii uero ulterius, quod eo loco deprehenditur, ubi fit: uelut si in oliueto oliuarum, in uineto uuarum furtum factum est, quamdiu in eo oliueto, aut uineto fur sit; aut si in domo furtum factum sit, quamdiu in ea domo fur sit. alii adhuc alterius ******* manifes-

§. 181. *Vnde — — — submoueri.* Conf. infra Commentar. IV. §. §. 106. 107. *quae autem sint* etc. Vid. Commentar. IV. §. §. 104. 105. 109.

§. 182. Conf. Epitome, II, 10, §. 1. pr. I. de obligat. q. ex delict. nasc. *sicut supra exposuimus.* Vid. §. 89.

§. 183. *Furtorum — — et nec manifestum, conceptum et oblatum.* Conf. Epitome, II, 10, §. 2. Paulus, Sent. recept. II, 31, §. 2. *duo* etc. §. 3. I. de obligat. q. ex delict. nasc. *sicut inferius apparebit.* Vid. §. §. 186. 187.

§. 184. *Manifestum — — — uisus fuerit.* Conf. cit. §. 3. I. de obligat. q. ex delict. nasc. Paulus, Sent. recept. II, 31, cit. §. 2. Gellius, Lib. XI, cap. ult. Epitome, II, 10, cit. §. 2. *etiam plurium dierum spatio id terminandum sit.* Conf. Paulus, L. 4. de furt.

el reo una nueva obligacion proveniente de la *litis contestatio*. Pero si éste fuere condenado, falta tambien la obligacion nacida de la contestacion y queda obligado desde el mismo momento por la fuerza misma de lo juzgado (*ex causa judicati*). Hé aquí por qué los antiguos decian que antes de la *litis contestatio* estaba el deudor obligado á dar; despues de ella á atenerse á la decision del juez, y despues de la decision á hacer lo que resultase del juicio.

§. 181. Resulta de aquí que si yo reclamo una deuda en un juicio legítimo, no puedo exigir su satisfaccion por otra via, porque sería inútil sostener QUE HABIA OBLIGACION DE DARME, habiendo dejado de existir dicha obligacion por la *litis contestatio*. Lo contrario sucedería, si yo dedujese mi accion en un juicio de los que emanan de la autoridad del magistrado (*qua imperio continetur*), porque en este caso subsiste la obligacion, y puedo por consiguiente demandar en seguida su cumplimiento, si bien deberá contradecirse mi demanda por la escepcion de cosa juzgada ó de pleito pendiente. En el siguiente Comentario veremos cuáles son los juicios legítimos y cuáles los que se fundan en la autoridad del magistrado.

TITULO XVII.

De las obligaciones que nacen de los delitos.

§. 182. Pasemos ahora á las obligaciones que nacen de los delitos, tales como el hurto, la rapiña, el daño y la injuria, de todos los cuales nace una sola especie de obligacion, al paso que de los contratos hemos visto nacer cuatro especies.

TITULO XVIII.

De los hurtos.

§. 183. Servio Sulpicio y Masurio Sabino digeron ser el hurto de cuatro maneras, á saber: manifiesto, no manifiesto, *conceptum* y *oblatum*; pero Labeon admite solamente las dos primeras, porque el *conceptum* y el *oblatum* mas bien que especies de hurto son acciones diferentes que de él nacen; lo cual no carece de fundamento como veremos muy pronto.

§. 184. Algunos autores han dicho que hurto manifiesto es aquel que se descubre en el acto de estarse practicando; pero otros creen que tambien es manifiesto cuando se descubre en el mismo paraje en que se ha cometido, por ejemplo, en el olivar ó viña donde se haya cometido hurto de aceitunas ó de uvas, mientras no haya salido de ellos el ladron, y tambien la casa en que se ejecutare el hurto, ínterin el ladron permaneciere en ella. Otros quieren que sea tambien manifiesto el hurto,

tum furtum esse dixerunt, donee perferret eo, quod perferre fur destinasset. alii adhuc ulterius, quandoque eam rem fur tenens uisus fuerit; quae sententia non optinuit. set et illorum sententia, qui existimauerunt, donec perferret eo, quo fur destinasset, deprehensum furtum ********** aliquam ********** dubitationem ********** etiam plurium dierum spatio id terminandum sit. quod eo pertinet, quia saepe in aliis ciuitatibus subrept*as* res in alias ciuitates uel in alias prouincias destinat fur perferre. ex duabus itaque superioribus opinionibus alterutra approbatur: magis tamen plerique posteriorem probant. §. 185. Nec manifestum furtum quod sit, ex iis, quae diximus, intellegitur. nam quod manifestum non est, id nec manifestum est. §. 186. Conceptum furtum dicitur, cum aput aliquem, testibus praesentibus, furtiua res quaesita et inuenta est. nam in eum propria actio constituta est, quamuis fur non sit, quae appellatur concepti. §. 187. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiua tibi ab aliquo oblata sit, eaque aput te concepta sit; utique si ea mente data tibi fuerit, ut aput te potius, quam *aput* eum, qui dederit, conciperetur. nam tibi, aput quem concepta est, propria aduersus eum, qui optulit, quamuis fur non sit, constituta est actio, (*quae*) appellatur oblati. §. 188. Est et*iam* prohibiti furti aduersus eum, qui furtum quaerere uolentem prohibuerit.

§. 189. Poena manifesti furti ex lege XII tabularum capitalis erat. nam liber uerberatus addicebatur ei, cui furtum fecerat. utrum autem seruus efficeretur ex addictione, an adiudicati loco constitueretur, ueteres quaerebant. in eum autem, qui *** ********** postea inprobata est asperitas poenae, et tam ex serui persona, quam ex liberi quadrupli actio Praetoris edicto constituta est. §. 190. Nec manifesti furti poena per legem (XII) tabularum dupli inrogatur; quam etiam Praetor conseruat. §. 191. Concepti et oblati poena ex lege XII tabularum tripli est; quae similiter a Praetore seruatur. §. 192. Prohibiti actio quadrupli ex edicto Praetoris introducta (*est*); lex autem

§. 185. cit. §. 3. I. de obligat. q. ex delict. nasc. Conf. L. 8. de furt. (ex Nostri Commentar. ad Edict. prov.) Epitome, II, 10, cit. §. 2.

§. §. 186. 187. §. 4. I. de obligat. q. ex delict. nasc. Conf. Epitome, II, 10, cit. §. 2. Paulus, Sent. recept. II, 31, §. §. 3. 5.

§. 188. cit. §. 4. I. de obligat. q. ex delict. nasc.

§. 189. Conf. Gellius, Lib. XI, cap. ult. Theophilus, IV, 12, pr. Servius, ad Aeneid. Lib. VIII, vers. 205. Isidorus, Origin. Lib. V, cap. 26, §. 5. I. de obligat. q. ex delict. nasc. item infra Commentar. IV. §. §. 111, et 173.

§. 190. Conf. Gellius, Lib. XI, cit. cap. ult. Cato, de Re rust., in Praefat. cit. §. 5. I. de obligat. q. ex delict. nasc. item infra Commentar. IV. cit. §. 173.

§. 191. Conf. Gellius, Lib. XI, cit. cap. ult. Paulus, Sent. recept. II, 31, §. 14. item infra Commentar. IV. cit. §. 173.

§. 192. Conf. Lex Rom. Burgund. Tit. XII. (Schult. XIII.) Gellius, Lib. XI, cit. cap. ult. et Lib. XVI, cap. 10. Festus, sub voc. Lance et licio.

cuando el ladron es sorprendido con el objeto hurtado antes de depositarlo en el sitio que le destinase; y finalmente, otros sostienen que basta haber visto al ladron llevando en su poder la cosa robada, para calificar de manifiesto el hurto, cuya opinion no ha prevalecido. Aun la de aquellos que creian manifiesto el hurto, cuando el ladron era sorprendido con la cosa hurtada sin haberla depositado todavía en el lugar destinado, ... alguna. . . . . duda. . . . . Lo que es tanto mas fundado, cuanto que con frecuencia los ladrones conducen las cosas hurtadas en una ciudad á otras ciudades y aun á otras provincias. Ambas opiniones por consiguiente han tenido defensores; pero la última está mas generalmente adoptada.

§. 185. Cuál sea el hurto *no manifiesto* se deduce claramente de lo dicho, porque todo hurto no comprendido entre los hurtos manifiestos se llama no manifiesto.

§. 186. Dícese que el hurto es encontrado (*conceptum*), cuando en presencia de testigos se busca y halla en poder de alguien la cosa hurtada; porque se dá contra éste, aunque no sea el ladron, una accion propia y especial que se llama *concepti*.

§. 187. El hurto se llama trasmitido (*oblatum*), cuando la cosa hurtada se busca y halla en tu poder de la manera dicha á consecuencia de habértela ofrecido alguno precisamente con ánimo de que se encontrase mas bien en tu poder que en el suyo; porque en tal caso te corresponde contra aquel que te ofreció la cosa hurtada una accion especial llamada *oblati*.

§. 188. Contra el que se opone á la averiguacion del hurto, hay tambien una accion que se llama de inquisicion de hurto estorbada (*furti prohibiti*).

§. 189. La ley de las Doce Tablas castigaba con pena capital el hurto manifiesto, porque el hombre libre que se hacia culpable de este delito, era azotado y entregado judicialmente á la persona hurtada; pero los antiguos disputaban sobre si se hacia esclavo en virtud de la entrega judicial (*ex addictione*), ó quedaba solo en la clase de los adjudicados. . . . . posteriormente el edicto del pretor convirtió esta pena demasiado severa en el pago del cuádruplo sin hacer diferencia entre los hombres libres y los esclavos.

§. 190. La pena impuesta por la ley de las Doce Tablas respecto del hurto no manifiesto consiste en el duplo, y así la ha conservado el pretor en su edicto.

§. 191. De la misma manera ha conservado el pretor la pena del triplo con que se castigaba por la ley de las Doce Tablas el hurto *conceptum* y el *oblatum*.

§. 192. La pena del cuádruplo ha sido impuesta á los que

eo nomine nullam poenam constituit. hoc solum praecepit, ut qui quaerere uelit, nudus quaerat, linteo cinctus, lancem habens; qui si quid inuenerit, iubet id lex furtum manifestum esse. §. 193. Quid sit autem linteum, quaesitum est. set uerius *est*, consuti genus esse, quo necessariae partes tegerentur. quare lex tota ridicula est. nam qui uestitum quaerere prohibet, is et nudum quaerere prohibitus est: eo magis, quod ita quaesita res inuenta maiori poenae subiiciatur. deinde quod lancem siue ideo haberi iubeat, ut manibus occupandis nihil subiiciatur, siue ideo, ut quod inuenerit ibi imponat, neutrum eorum procedit, si id, quod *quae*ratur, eius magnitudinis aut naturae sit, ut neque subici, neque ibi inponi possit. certe non dubitatur, cuiuscumque materiae sit ea lanx, satis legi fieri. §. 194. Propter hoc tamen, quod lex ex ea causa manifestum furtum esse iubet, sunt, qui scribunt, furtum manifestum aut lege, aut natura (*intellegi*): lege id ipsum, de quo loquimur, natura illud, de quo superius exposuimus: sed uerius est, natura tantum manifestum furtum intellegi. neque enim lex facere potest, ut qui manifestus fur non sit, manifestus sit; non magis, quam (*ut*) qui omnino fur non sit, fur sit, et qui adulter aut homicida non sit, adulter uel homicida sit. at illud sane lex facere potest, ut perinde aliquis poena teneatur atque si furtum, uel adulterium, uel homicidium admisisset, quamuis nihil eorum admiserit.

§. 195. Furtum autem fit non solum, cum quis intercipiendi causa rem alienam amouet; set generaliter cum quis rem alienam inuito domino contrectat. §. 196. Itaque si quis re, quae apud eum deposita sit, utatur, furtum committit. et si quis utendam rem acceperit, eamque in alium usum transtulerit, furti obligatur: ueluti si quis argentum utendum acceperit, (*quod*) quasi amicos ad cenam inuitaturus rogauerit, et id peregre secum tulerit: aut si quis equum gestandi gratia commodatum longius secum aliquo duxerit; quod ueteres scripserunt de eo, qui in aciem perduxisset. §. 197. Placuit tamen eos, qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas accepis-

§. 193. Conf. Festus loc. allegat.

§. 195. §. 6. I. de obligat. q. ex delict. nasc. Conf. Epitome, II, 10, §. 3. item Gellius, Lib. XI, cit. cap. ult.

§. 196. *Itaque — — — furti obligatur*. Conf. cit. §. 6. I. de obligat. q. ex delict. nasc. Epitome, II, 10, §. 4. *ueluti* etc. cit. §. 6. I. Conf. Epitome, II, 10, §. 5.

§. 197. §. 7. I. de obligat. q. ex delict. nasc.

se opusieron á la averiguacion de un hurto por el pretor y no por la ley, la cual no fijó pena ninguna en este caso, limitándose á mandar solamente que el que quisiera buscar la cosa hurtada, debia hacerlo desnudo, ceñido con un lino y provisto de un plato ó bandeja (*lanx*), y que si de este modo encontrare el objeto hurtado, se considerase el hurto como manifiesto.

§. 193. Se ha disputado acerca de lo que debe entenderse por el *linteum*: lo mas cierto es que se designa con aquel nombre cierto género de tela cosida que debia encubrir las vergüenzas. De consiguiente la ley era ridícula en todas sus disposiciones: por una parte prohibe al que busca la cosa hurtada, que lo haga vestido: por otra no quiere que vaya desnudo: disposiciones tanto mas risibles, cuanto que hallada así una cosa, el culpado debe, segun la misma ley, sufrir una pena mas considerable. No es menos inútil la disposicion respecto al *lanx*, porque bien sea su objeto impedir al que lo tiene en sus manos ocultar nada en ellas, bien sea que esté destinado á depositar en él la cosa hurtada, caso de encontrarse, el hecho es que puede muy bien darse un objeto que por su tamaño ó por su naturaleza no pueda ni ocultarse en las manos ni ser depositado en el *lanx*; cuando por otra parte cualesquiera que sean la materia y porte de éste, la disposicion de la ley queda sin duda alguna cumplida.

§. 194. En vista de que la ley en este caso manda considerar como manifiesto el hurto, han pretendido algunos autores que este puede ser manifiesto de dos maneras, ó por la ley ó por la naturaleza misma del hurto, siendo el primero este de que hablamos, y el mencionado anteriormente el segundo; pero tiene mas exactitud decir que el hurto solo puede ser manifiesto por su naturaleza, porque la ley no alcanza á hacer que sea ladron manifiesto el que no lo es, á la manera que tampoco puede hacer que sea ladron el que absolutamente no ha hurtado, ni homicida ó adúltero el que en realidad no lo fuese. Lo que sí puede hacer la ley indudablemente, es castigar á alguno como si hubiese cometido hurto, adulterio ú homicidio, aun cuando esté inocente de tales delitos.

§. 195. No solamente se comete el hurto cuando alguno sustrae la cosa agena para apropiársela, sino generalmente hablando, siempre que dispone de ella sin consentimiento del dueño.

§. 196. Por tanto el depositario de una cosa comete hurto si usare de ella, y de la misma manera el que recibiere un objeto para cierto uso y lo destinare á otro, como si á pretesto de ofrecer una comida á sus amigos, toma prestada una vagilla de plata y se marcha con ella de viaje; ó si toma en comodato un caballo para evacuar ciertos negocios y se lo lleva mas lejos; decision que adoptaron los antiguos respecto de aquel comodatario que llevase el caballo al ejército.

§. 197. Se ha decidido, sin embargo, que en tanto cometen hurto los que dan á las cosas un uso diferente de aquel para

sent, ita furtum committere, si intellegant, id se inuito domino facere, eumque si intellexisset non permissurum: et si permissurum crederent, extra furti crimen uideri: optima sane distinctione, quia furtum sine dolo malo non committitur. §. 198. Set *et* si credat aliquis, inuito domino se rem *con*trectare, domino autem uolente id fiat, dicitur furtum non fieri. unde illud quaesitum est, cum Titius seruum meum *sollicita*uerit, ut quasdam res mihi subriperet et ad eum perferret, (*et seruus*) id ad me pertulerit, ego (*autem*), cum uolo Titium in ipso delicto deprehendere, permiserim *ser*uo, quasdam res ad eum perferre: utrum furti, an serui corrupti iudicio teneatur Titius mihi, an neutro. responsum, neutro eum teneri: furti ideo, quod non inuito me res contrectaret; serui corrupti ideo, quod deterior seruus factus non est. §. 199. Interdum autem etiam liberorum hominum furtum fit; uelut si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, siue etiam uxor, quae in manu nostra sit, siue etiam iudicatus, uel auctoratus meus subreptus *fuerit*. §. 200. Aliquando etiam *sua*e rei quisque furtum committit; ueluti si debitor rem, quam creditor*i* pignori dedit, subtraxerit, uel si bonae fidei possessori rem meam possidenti subripuerim. unde placuit eum, qui ser*u*um suum, quem alius bona fide possidebat, ad se reuersum celauerit, furtum committere. §. 201. Rursus ex diuerso interdum (*rem*) alienam occupare et usucapere concessum est, nec creditur furtum fieri: uelut res hereditarias, quarum ******* nactus possessionem * necessarius heres esset; nam necessario herede extante placuit, ut pro herede usucapi possit. *debitor quoque, qui* fid*uciam, quam* credit*o*ri mancipauerit, aut in iure cesserit, d**etinet, ut** superiore commentario rettulimus, sine furto possidere et usucapere potest. §. 202. Interdum furti tenetur, *qui* ipse furtum non fecerit: qualis est, cuius ope, consilio furtum factum est. in quo numero est, qui nummos tibi excussit, ut eos alius surriperet; uel opstitit tibi, ut alius surriperet: aut oues tuas aut boues fugauit, ut alius eas exciperet. et hoc ueteres scripserunt de eo, qui panno rubro fugauit armentum. sed si qui*d* per lasciuiam, et non

§. 198. Conf. L. 20. C. de furt. (Iustinian.) *Set — — — an neutro.* §. 8. I. de obligat. q. ex delict. nasc. conferenda etiam ad reliquam huj. §. partem.

§. 199. §. 9. I. de obligat. q. ex delict. nasc. *auctoratus meus.* Conf. Acron, ad Horat. Serm. Lib. II, sat. 7, vers. 58. 59. Paulus, Collat. Tit. IV, §. 3. Vlpianus, Collat. Tit. IX, §. 2. aliique veter. scriptor. loci a Pithoeo et Schultingio in annotation. ad Coll. allegati.

§. 200. *Aliquando — — subtraxerit.* §. 10. I. de obligat. q. ex delict. nasc.

§. 201. *uelut res hereditarias — — — usucapi possit.* Conf. Commentar. II. §. §. 52. 57. 58. *ut superiore commentario rettulimus.* Vid. Commentar. II. §. §. 59. 60.

§. 202. *Interdum — — — dari debeat.* §. 11. I. de obligat. q. ex delict. nasc. Conf. Epitome, II, 10. §. 6. *sed si quis per lasciviam* etc. Conf. infra §. 219. item L. 50. §. ult. de furt. (ex Vlpiano) et L. 51. eod. (ex Nostri Commentar. ad Edict. prov.) *cum per legem Aquiliam* etc. Conf. infra §. 211.

que las recibieron, en cuanto obren á sabiendas sin consentimiento del dueño y con la certeza de que si lo supiese no lo permitiría, y que á estar persuadidos de lo contrario, no pueda imputárseles el crímen de hurto, cuya distincion es evidentemente justa, porque en faltando el dolo malo no se comete hurto.

§. 198. Aun en el caso de que uno disponga de la cosa en la persuasion de que obra contra la voluntad del dueño, se ha decidido, si éste lo consiente, que aquel no comete hurto. De aquí la siguiente cuestion: si mi esclavo me diere aviso de que Ticio le solicita para que me hurte ciertas cosas y las ponga en su poder, y yo le permitiere que se las lleve con ánimo de coger á aquel en flagrante delito, ¿puedo yo repetir contra Ticio por la accion de hurto, por la de *esclavo corrompido* (*servi corrupti*), ó bien no puedo hacerlo ni por una ni por otra? La respuesta es que ni por una ni por otra: no por la de hurto, porque no se ha apoderado de mis cosas contra mi voluntad; ni tampoco por la de *esclavo corrompido*, porque el esclavo no se ha hecho mas malo.

§. 199. A veces se comete tambien hurto de personas libres, como cuando se nos quita alguno de nuestros descendientes sujeto á la patria potestad, á la mujer sometida á nuestro poder, á un individuo que nos pertenece por sentencia judicial (*judicatus*), ó que depende de nosotros por recibir merced ó salario (*auctoratus*).

§. 200. Tambien en algunos casos el propietario mismo de una cosa puede hurtarla, como si el deudor sustrajese la cosa que dió en prenda al acreedor, ó yo me apoderase sigilosamente de una cosa mia que otro poseyese de buena fé. De aquí el haberse establecido que si un esclavo poseido de buena fé por cualquier persona vuelve á presentarse á su señor, comete éste hurto caso de ocultarlo.

§. 201. Por el contrario, puede uno á veces ocupar y usucapir la cosa agena, sin que por eso se crea que hurta; por ejemplo, las cosas hereditarias, de las cuales. . . . . ; porque habiendo heredero necesario, se ha decidido que pueda verificarse la usucapion *pro herede*. Tambien el deudor que retiene en su poder el objeto mancipado ó cedido judicialmente al acreedor en prenda (*fiducia*), puede poseer y usucapir este objeto, segun digimos en el comentario precedente, sin que por eso cometa hurto.

§. 202. Algunas veces responde del hurto una persona que no lo ha cometido por sí misma, cual es la que haya prestado su ayuda ó consejo para ejecutarlo, en cuyo caso se halla el que hiciere caer tus monedas para que otro se apodere de ellas, ó te detuviere para que otro te hurte, ó dispersare tus ovejas ó tus bueyes para que las coja otro, lo cual determinaron tambien los antiguos respecto de aquel que hacia huir el ganado valiéndose

data opera, ut furtum committeretur, factum sit, uidebimus, an utilis *Aquilide actio* dari debeat; cum per legem Aquiliam, quae de damno lata (*est*), etiam culpa puniatur.

§. 13. La accion de depósito sagrado (*sacramenti*) era general, porque se aplicaba á todos aquellos casos en que no habia otra accion establecida por la ley, y era tan arriesgada. . . . . como lo es en la actualidad la accion del dinero que se adeuda ciertamente (*certæ creditæ pecuniæ*) por causa de la estipulacion judicial (*sponsio*), á cuyas resultas se espone el reo si niega temerariamente; y de la restipulacion (*restipulatio*), cuyos riesgos corre el actor si reclama lo que no se le debe; porque el vencido en juicio prestaba á título de pena la suma depositada en manos del pontífice (*summam sacramenti*), la cual pertenecia entonces al erario, á cuyo efecto las partes daban fianza al pretor, mientras que ahora la pena de la estipulacion judicial (*sponsio*) y de la restipulacion (*restipulatio*) corresponde igualmente como ganancia á la parte que sale vencedora en el pleito.

§. 14. La pena del depósito sagrado (*sacramentum*) consistia en quinientos ases ó en cincuenta: la de quinientos tenia lugar cuando el valor de los objetos en litigio llegaba á mil ó mas ases; y la de cincuenta cuando dichos objetos eran de menos valor: así lo habia dispuesto la ley de las Doce Tablas. Pero si la controversia giraba sobre la libertad de un hombre, por mas que éste fuese de mucho precio, no exigia sin embargo la ley mas de cincuenta ases de depósito, á fin de que la caucion no fuese demasiado onerosa á los defensores (*adsertores*). . . . . .

. . . . . .

(*Hic deest pagina integra.*)

§. 15. . . . . que vendrían para recibir un juez. Las partes volvian á los treinta *dias*, y entonces se les daba un juez segun la disposicion de la ley Pinaria, porque antes de esta ley. . . . . se designaba el juez. Ya por lo dicho anteriormente se deja entender que si el valor de la cosa no llegaba á mil ases, el depósito sagrado era de cincuenta y no de quinientos. Hecha la designacion del juez, las partes señalaban el dia en que habian de concurrir al juicio, y luego que se hallaban en presencia del juez, era costumbre que antes de entrar de lleno en la defensa de su causa, le hiciese cada parte una breve y sumaria esposicion del negocio, la cual se llamaba compendio de la causa (*causæ collectio*), como si dijéramos resú-

ponere: quae dicebatur causae collectio, quasi causae suae in breue coactio. §. 16. Si in rem agebatur, mobilia quidem et mouentia, quae modo in ius adferri adduciue possent, in iure uindicabantur ad hunc modum. qui uindicabat, festucam tenebat. deinde ipsam rem apprehendebat, uelut hominem, et ita dicebat: HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO SECVNDVM SVAM CAVSAM, SICVT DIXI. ECCE TIBI VINDICTAM INPOSVI. et simul homini festucam inponebat. aduersarius eadem similiter dicebat et faciebat. cum uterque uindicasset, Praetor dicebat: MITTITE AMBO HOMINEM. illi mittebant. qui prior uindica(*uerat, ita alterum interroga*)bat: POSTVLO, ANNE DICAS, QVA EX CAVSA VINDICAVERIS. ille respondebat. IVS PEREGI SICVT VINDICTAM INPOSVI. deinde qui prior uindicauerat, dicebat: QVANDO TV INIVRIA VINDICAVISTI, D AERIS SACRAMENTO TE PROVOCO. aduersarius quoque dicebat: SIMILITER EGO TE. ***** asses sacramenti nominabant. deinde sequebantur quaecumque (*si*) in personam ageretur. postea Praetor secundum alterum eorum uindicias dicebat, id est, interim aliquem possessorem constituebat, eumque iubebat praedes aduersario dare litis et uindiciarum, id est, rei et fructuum: alios autem praedes ipse Praetor ab utroque accipiebat sacramenti, quod id in publicum cedebat. festuca autem utebantur quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii; *ma*xime (*enim*) sua esse credebant, quae ex hostibus cepissent: unde in centumuiralibus iudiciis hasta praeponitur. §. 17. *Si* qua res talis erat, ut (*non*) sine incommodo posset in ius adferri uel adduci, uelut si columna, aut grex alicuius pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur: deinde in eam partem, quasi in totam rem praesentem, fiebat uindicatio. itaque ex grege uel una ouis aut capra in ius adducebatur, uel et*iam* pilus inde sumebatur et in ius adferebatur. ex naue uero et columna aliqua pars defringebatur. similiter si de fundo, uel de aedibus, siue de hereditate controuersia erat, pars aliqua inde sumebatur et in ius adferebatur, et in eam partem perinde atque in totam

§. 16. Conf. Gellius, Lib. XX, cap. 10. SECVNDVM — VINDICTAM INPOSVI. Conf. Valerius Probus, in litter. S. S. C. S. D. E. T. V. (ap. Gothofred. pag. 1476.) POSTVLO — VINDICAVERIS. Conf. Cicero, pro Muraena, cap. 12. VINDICTAM. Conf. Boethius, Commentar. in Topic. Cicer. Lib. I. (ad cap. 2.) QVANDO TV — — *nominabant*. Conf. supra §. 14. *deinde sequebantur — ageretur*. Conf. §. 15. *postea Praetor — — — et fructuum* Conf. infra §. §. 91. 94. item Festus, sub vocib. Vindiciae, Superstites. Cicero, in Verrem, Lib. I, cap. 45. et ad eum locum Asconius (ed. a. 1675. pag. 100.) Valerius Probus, in litter. P. P. L. V. (ap. Gothofred. pag. 1476.) *alios autem — in publicum cedebat*. Conf. supra §. 13. *festuca*. Conf. Plautus, Mil. Act. IV, sc. 1, vers. 15. Persius, Sat. V, vers. 175. *unde in centumuiralibus iudiciis* etc. Conf. Suetonius, in Octaviano, cap. 36. Martialis, Lib. VII, epigr. 63. (62), vers. 7. Stalius. Silv. Lib. IV, eclog. 4, vers. 43.

§. 17. *similiter si de fundo* etc. Conf. Gellius, Lib. XX, cap. 10. Festus, sub voc. Vindiciae. Cicero pro Muraena, cap. 12.

men en pocas palabras de su causa (*quasi causæ suæ in breve coactio*).

§. 16. Si la accion era real y muebles ó semovientes los objetos sobre que versaba, de tal manera que pudiesen ser transportados ó conducidos ante el juez, entonces la reivindicacion en juicio se verificaba de este modo: el que la proponia tomaba en la mano una varilla (*festuca*), y cogiendo en seguida la cosa que era objeto del litijio, por ejemplo, un esclavo, pronunciaba estas palabras: AFIRMO QUE ESTE HOMBRE ME PERTENECE POR DERECHO QUIRITARIO SEGUN SU CONDICION (SECUNDUM SUAM CAUSAM) COMO YA HE DICHO. EN PRUEBA DE ELLO TE HE TOCADO CON ESTA VARA. Y en efecto, tocaba al mismo tiempo con la varilla al esclavo. Por su parte el adversario decia y hacia otro tanto, y luego que ambos tenian hecha la reivindicacion, decia el pretor: SOLTAD AMBOS AL ESCLAVO, y así lo hacian. El que primero habia reivindicado, preguntaba á su adversario: PIDO QUE ME DIGAS POR QUE CAUSA HAS HECHO ESTA REIVINDICACION, y éste le contestaba: AL TOCAR CON LA VARA HE EJERCITADO UN DERECHO. En seguida replicaba el primero: POR CUANTO HAS REIVINDICADO INJUSTAMENTE, TE PROVOCO A DEPOSITAR EN MANOS DEL PONTIFICE LA SUMA DE QUINIENTOS ASES; y el segundo reponia: DE LA MISMA MANERA YO TE. . . . . llamaban ases del depósito sagrado (*sacramenti*). Despues si la accion era personal, seguian algunas otras formalidades. Por último, el pretor pronunciaba la adjudicacion provisoria de la cosa en favor de uno de los contendientes (*secundum alterum eorum vindicias dicebat*), es decir, concedia interinamente la posesion de la cosa objeto del litigio á una de las partes, exigiendo de ella que diese fianza á la otra, así para responder del litigio como de la posesion (*litis et vindiciarum*), esto es, de la cosa en cuestion y de sus frutos. El pretor exigia igualmente de cada uno de los contendientes fiadores que asegurasen la suma llamada depósito sagrado (*sacramentum*), en razon á que esta suma era para el erario. La varilla (*festuca*) se usaba en representacion de la lanza, la cual era el símbolo del dominio legítimo, porque en nada creian los antiguos tener mas fuertes derechos que en las cosas cogidas al enemigo. De donde proviene la importancia que se dá á la lanza en los juicios de los centumviros.

§. 17. Cuando el objeto era de tal naturaleza que no podia ser transportado ó conducido fácilmente al lugar del juicio, como una columna, por ejemplo, ó un rebaño, entonces se tomaba solamente una parte del objeto y en ella se hacia la reivindicacion, como si todo él se hallase presente. Por lo tanto si se trataba de un rebaño, solo se llevaba al juicio una oveja ó cabra y aun á veces solo un poco de lana ó pelo de estos mismos animales; si de una nave ó de una columna, bastaba llevar un pequeño fragmento; y si de un fundo, un edificio ó una herencia se hacia la reivindicacion de la totalidad como si todo el

rem praesentem fiebat uindicatio: uelut ex fundo gleba sumebatur, et ex aedibus tegula, et si de hereditate controuersia erat, aeque
********** quelem ********** ——— ——— ——— ——— §. 18. Et haec quidem actio proprie *con*dictio uocabatur: nam actor aduersario denuntia*b*at, ut ad iudicem capiendum die XXX. adesset. nunc uero non proprie condictionem dicimus actionem in personam, (*qua*) intendimus, dari no*bis* oportere: nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit. §. 19. Haec autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam: lege quidem Silia certae pecuniae, lege uero Calpurnia de omni certa re. §. 20. Quare autem haec actio desiderata sit, cum de eo, quod nobis dari oportet, potuerimus sacramento, aut per iudicis postulationem agere, ualde quaeritur.

§. 21. *Per* manus iniectionem aeque (*de*) his rebus agebatur, de quibus ut ita ageretur, lege a*liqua* cautum est; uelut iudicati lege XII tabularum. quae actio talis erat: qui agebat, sic dicebat: QVOD TV MIHI IVDICATVS SIVE DAMNATVS ES SESTERTIVM X MILIA, QVAE DOLO MALO NON SOLVISTI, OB EAM REM EGO TIBI SESTERTIVM X MILIVM IVDICATI MANVS INIICIO; et simul aliquam partem corporis ejus prendebat. nec licebat iudicato manum sibi depellere, et pro se lege agere; set uindicem dabat, qui pro se causam agere solebat: qui uindicem non dabat, domum ducebatur ab actore et uinciebatur. §. 22. Postea quaedam leges ex aliis quibusdam causis pro iudicato manus iniectionem in quosd*am* dederunt: sicut lex Publilia in eum, pro quo sponsor dependisset, *si* in sex mensibus proximis, quam pro eo depensum esset, non soluisset sponsori pecuniam: item lex Furia de sponsu aduersus eum, qui a sponsore plus quam uirilem partem exegisset: et denique complures aliae l*eges* in multis causis ta-

§. 18. *nam — denuntiabat.* Conf. §. 15. I. de act. *nunc* etc. cit. §. 15. I. Conf. supra §. 15.

§. 21. *Per manus iniectionem.* Conf. Servius, ad Aeneid. Lib. X, vers. 419. Vlpianus. L. 10. §. 1. de in jus voc. Paulus, L. 7. qui sine manumiss. et L. 9. de servis export. L. un. §. 4. C. de lat. libert. toll. (Iustinian.) *uelut iudicati lege* XII *tabularum* etc. Conf. Gellius, Lib. XX, cap. 1. IVDICATI MANVS. Conf. §. 24. *nec licebat — agere.* Conf. §. §. 24. 25. *set uindicem dabat.* Conf. Festus, sub voce Vindex.

§. 22. *lex Publilia* Conf. supra Commentar. III. §. 127. *lex Furia de sponsu* Conf. ibid. §. §. 121. 122.

objeto en cuestion estuviese presente, llevando solo al juicio un terron de la tierra del fundo, una teja del edificio ó un. . . . . si la controversia giraba sobre una herencia. . . . . .

(*Hic tres lineæ desunt.*)

§. 18. Esta accion se llamaba con toda propiedad condicion, porque el actor intimaba á su adversario que á los treinta dias se presentase á tomar un juez. Mas hoy que ya no se hace ninguna intimacion de este género, llamamos condicion impropiamente á la accion personal, en cuya virtud sostenemos que otro está obligado á darnos alguna cosa.

§. 19. Esta accion de la ley ha sido establecida por las leyes Silia y Calpurnia: por la primera si se trata de una suma determinada de dinero, y por la segunda si de otra cualquiera cosa tambien determinada.

§. 20. Dispútase mucho sobre el motivo que ha podido dar lugar á hacer uso de esta accion, siendo así que para pedir lo que otro tiene obligacion de darnos, está en nuestra mano entablar la accion de depósito sagrado (*sacramenti*) ó la de peticion de juez.

§. 21. Era lícito usar de la accion de aprehension de la persona (*per manus injectionem agere*) en todos aquellos casos en que alguna ley habia establecido semejante manera de reclamar las cosas, por ejemplo, la ley de las Doce Tablas respecto del ya condenado anteriormente en juicio (*judicati*). Esta accion se ejercitaba del modo siguiente: el actor decia á su adversario estas palabras: POR CUANTO OBRANDO CON DOLO MALO NO ME HAS PAGADO LOS DIEZ MIL SESTERCIOS A QUE EN MI FAVOR HAS SIDO CONDENADO Ó SENTENCIADO EN JUICIO, EN SU VIRTUD ME APODERO DE TI POR AQUELLA SUMA EN FUERZA DE LO JUZGADO; y al mismo tiempo cogia por alguna parte del cuerpo á su adversario, á quien no era lícito desasirse ni entablar por sí ninguna accion de la ley; pero presentaba un libertador (*vindex*) que solia actuar por él en juicio; sin embargo, el que no lo presentaba, era conducido por el actor á su casa y aprisionado con cadenas.

§. 22. Posteriormente permitieron algunas leyes la aprehension de la persona (*manus injectio*) en fuerza de lo juzgado (*pro judicato*) para varios otros casos. Así, por ejemplo, la ley Publilia concedió este medio contra aquel, cuyo *sponsor* hubiese pagado por él, sin conseguir el reintegro en el término de los seis primeros meses posteriores al desembolso. Tambien la ley Furia de *sponsu* (fianza) concede esta accion contra aquel que hubiere exigido de un *sponsor* mas de su parte viril; y por último, otras muchas leyes permitieron hacer uso de la aprehension de la persona en multitud de casos.

lem actionem dederunt. §. 23. Set aliae leges ex quibusdam *causis* constituerunt quasdam actiones per manus iniectionem, sed puram, id est, non pro iudicato: uelut lex (*Furia*) testamentaria aduersus eum, qui legatorum nomine mortisue causa plus M assibus cepisset, cum ea lege non esset exceptus, ut ei plus capere liceret: item lex Marcia aduersus feneratores, ut si uxuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur. §. 24. Ex quibus legibus, et si quae aliae similes essent, cum agebatur, manum sibi depellere et pro se lege agere (*licebat*). nam et actor in ipsa legis actione non adiiciebat hoc uerbum PRO IVDICATO, sed nominata causa, ex qua agebat, ita adiiciebat: OB EAM REM EGO TIBI MANVM INIICIO: cum hi, quibus pro iudicato actio data erat, nominata causa, ex qua agebant, ita inferebant: OB EAM REM EGO TIBI PRO IVDICATO MANVM INIICIO. nec me praeterit, in forma legis Furiae testamentariae PRO IVDICATO uerbum inseri, cum in ipsa lege non sit: quod uidetur nulla ratione factum. §. 25. Sed postea lege ******, excepto iudicato et eo, pro quo depensum est, ceteris omnibus, cum quibus per manus iniectionem agebatur, permissum est, sibi manum depellere et pro se agere. itaque iudicatus et is, pro quo depensum est, etiam post hanc legem uindicem dare debebant: et nisi darent, domum ducebantur. itaque quamdiu legis actiones in usu erant, semper ita obseruabatur: unde nostris temporibus is, cum quo iudicati depensiue agitur, iudicat*um* solui satisdare cogitur.

§. 26. Per pignoris capionem lege agebatur de quibusdam rebus moribus, (*de quibusdam*) lege. §. 27. Introducta est moribus rei militaris. nam propter stipendium *li*cebat militi, ab eo, qui distr*i*buebat, nisi daret, pignus capere: dicebatur autem ea pecunia, quae stipendii nomine dabatur, aes militare. item propter eam pecuniam licebat pignus capere, ex qua *equus* emendus erat: quae pecunia dicebatur aes equestre. item prop-

§. 23. *lex Furia testamentaria — — — liceret.* Conf. §. 24. item supra Commentar. II, §. 225. Lex *Marcia* anno urbis 402. assignanda videtur, ob locum Livii, Lib. VII, cap. 21. Haub.

§. 24. Conf. §. §. 21. 25.

§. 25. Conf. supra §. §. 21. 22. *unde nostris temporibus* etc. Conf. infra §. 102.

§. 27. *nam propter stipendium — — — aes militare.* Conf. Gellius, Lib. VII, cap. 10. *aes equestre.* Conf. Festus, sub voc. Equestre aes. *aes hordiarium.* Conf. Idem, sub voc. Hordiarium aes.

§. 23. Diferentes otras leyes establecieron tambien en ciertos casos esta misma accion, si bien de una manera pura y simple, es decir, no en fuerza de lo juzgado (*pro judicato*). Tal es, por ejemplo, la ley Furia testamentaria que concede la accion de que se trata, contra aquel que recibiere á título de legados ó por causa de muerte mas de mil ases, no siendo de aquellas personas esceptuadas en la misma ley á quienes se permite que perciban mayor cantidad. Tal es tambien la ley Marcia, que concede la misma accion contra los usureros para que devuelvan las usuras exigidas.

§. 24. Cuando el actor entablaba la accion en virtud de estas leyes ú otras semejantes, podia su adversario resistir la aprehension de la persona (*manus injectio*) y hacer por sí mismo su defensa, pues el actor no usaba en estos casos las palabras *pro judicato* (en fuerza de lo juzgado), y solo añadia despues de espresar el título constitutivo de su accion lo siguiente: EN SU VIRTUD ME APODERO DE TI; mientras que por el contrario cuando se procedia en fuerza de lo juzgado (*pro judicato*) se añadian despues del título las siguientes palabras: POR TANTO ME APODERO DE TI EN FUERZA DE LO JUZGADO (*pro judicato*). No ignoro, sin embargo, que en la fórmula deducida de la ley Furia testamentaria se inserta la palabra PRO JUDICATO, á pesar de no encontrarse en la ley; pero no creemos que haya razon ninguna para hacerlo.

§. 25. Mas posteriormente la ley. . . . . esceptuando el caso en que se procede en fuerza de lo juzgado (*pro judicato*) y aquel en que el *sponsor* no ha sido reintegrado, permitió en todos los demas á las personas contra quienes se entablaba la aprehension de la persona (*manus injectio*) que pudieran rechazarla y defenderse por sí mismos. Por lo tanto el condenado en juicio (*judicatus*) y aquel por quien pagaba el *sponsor*, debian presentar un libertador (*viudex*) aun despues de publicada esta ley, y si no lo presentaban, podia el actor conducirlos á su casa. Así es que mientras duraron las acciones de la ley, se observó siempre esta regla, y aun en nuestros dias se obliga al condenado en juicio y al que no reintegra á su *sponsor*, á dar fianza de pagar lo juzgado (*judicatum solvi*).

§. 26. Las acciones de la ley por toma de prenda (*per pignoris captionem*) nacian en ciertos casos de la costumbre y en ciertos de la ley.

§. 27. Se introdujeron por la costumbre en los asuntos militares, porque era lícito al soldado que no recibia su estipendio, apoderarse de una prenda perteneciente al encargado en su distribucion. El dinero que se entregaba á los soldados como estipendio ó sueldo, tenia el nombre de *æs militare*. Tambien podia el soldado apoderarse de una prenda, cuando no se le entregaba el dinero que debia recibir para la compra de un caballo; dinero que se llamaba *æs equestre*; y por último, cuando no se

ter eam pecuniam, ex qua hordeum equis erat comparandum: quae pecunia dicebatur aes hordiarium. §. 28. Lege autem introducta est pignoris capio uelut lege XII tabularum aduersus eum, qui hostiam emisset, nec pretium redderet: item aduersus eum, qui mercedem non redderet pro eo iumento, quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam in dapem, id est, in sacrificium inpenderet. item lege ********** data est pignoris captio publicanis uectigalium publicorum populi Romani aduersus eos, qui aliqua lege uectigalia deberent. §. 29. Ex omnibus autem istis causis certis uerbis pignus capiebatur; et ob id plerisque placebat, hanc quoque actionem legis actionem esse. quibusdam autem (non) placebat: primum quod pignoris captio extra ius peragebatur, id est, non aput Praetorem, plerumque etiam absente aduersario, cum alioquin (aliquis) ceteris actionibus non aliter uti possit, quam aput Praetorem, praesente aduersario: praeterea nefasto quoque die, id est, quo non licebat lege agere, pignus capi poterat.

§. 30. Set istae omnes legis actiones paulatim in odium uenerunt. namque ex nimia subtilitate ueterum, qui tunc iura condiderunt, eo res perducta est, ut uel qui minimum errasset, litem perderet. itaque per legem Aebutiam et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est, ut per concepta uerba, id est, per formulas litigaremus. §. 31. Tantum ex duabus causis permissum est lege agere: damni infecti, et si centumuirale iudicium fit *** ********** cum ad centumuiros itur, ante lege agitur sacramento aput Praetorem urbanum uel peregrinum. propter damnum uero infectum nemo uult lege agere; set potius stipulatione, quae in edicto proposita est, obligat aduersarium ******** quod *et* commodius ius *et* plenius est. per pignoris ——————— ——————— ——————— ———————

§. 28. *item lege — publicanis.* Conf. Cicero, in Verrem, Lib. III, cap. 11.

§. 29. *nefasto — agere.* Conf. Varro, de Ling. Lat. Lib. V. (ap. Gothofred. pag. 35.) et Ovidius, Fastor. Lib. I, vers. 47. 48.

§. 30. *namque — — litem perderet.* Conf. supra §. 11. *per legem Aebutiam.* Conf. Gellius, Lib. XVI, cap. 10.

§. 31. *si centumuirale iudicium — — peregrinum.* Conf. infra §. 95. item Gellius, loc. cit. Cicero, pro Cæcina, cap. 33. Oratio pro domo, cap. 29.

le daba para comprar la cebada que habia de servir de alimento á los caballos; cuyo dinero se llamaba *æs hordiarium*.

§. 28. La toma de prenda se introdujo por la ley en ciertos casos, como, v. gr., por la ley de las Doce Tablas contra aquel que habiendo comprado una víctima ó res para el sacrificio, no pagaba su precio, é igualmente contra el que habiendo alquilado una caballería, no pagaba el precio del alquiler, con tal que este se hubiese destinado desde luego á un sacrificio. De la misma manera concedió tambien la ley. . . . . la toma de prenda á los encargados de recaudar los impuestos del pueblo romano contra aquellas personas que por cualquier causa estuviesen en descubierto.

§. 29. En todos estos casos se hacia uso de ciertas palabras al tomar la prenda, por donde muchos querían que esta accion fuese una accion de la ley; pero otros sostenian lo contrario fundándose en que la toma de prenda se efectuaba estrajudicialmente, es decir, no por ante el pretor, y aun muchas veces sin que estuviese presente el adversario, al paso que las demas acciones de la ley no podian ejercitarse sino en presencia de este y por ante el pretor; y ademas en que la prenda podia tomarse tambien en los dias nefastos, durante los cuales no era lícito entablar las acciones de la ley.

§. 30. Empero todas estas acciones de la ley llegaron poco á poco á hacerse insoportables, porque resultaba de la escesiva sutileza con que redactaron las leyes los antiguos legisladores, que el mas ligero error en la manera de entablar y proseguir la accion, podia acarrear la pérdida del pleito. Por tanto estas acciones fueron abolidas por la ley Ebucia y las dos leyes Julias, estableciendo que en adelante se procediese en los litigios por ciertas y determinadas palabras (*per concepta verba*), es decir, por medio de fórmulas.

§. 31. Solo en dos casos se permitió hacer uso de las acciones de la ley, y son cuando se teme que sobrevenga algun daño (*damni infecti*), y cuando el juicio se hace por los centumviros. . . . . pues en este último caso hay que entablar primeramente ante el pretor urbano ó el extranjero la accion de la ley llamada depósito sagrado (*sacramentum*). Mas en el primer caso, es decir, cuando se teme el daño, nadie quiere proceder por las acciones de la ley, sino mas bien por la estipulacion propuesta en el edicto, con la cual obliga á su adversario. . . . . y es una manera mas espedita y eficaz de proceder.

(*Hic deest pagina integra.*)

§. 32. apparet ** in ea forma, quae publicano proponitur, talis fictio est, ut quanta pecunia olim, si pignus captum esset, id pignus is, a quo captum erat, luere deberet, tantam pecuniam condemnetur. §. 33. Nulla autem formula ad condictionis fictionem exprimitur. siue enim pecuniam, siue rem aliquam certam debitam nobis petamus, eam ipsam dari nobis oportere intendimus, nec ullam adiungimus condictionis fictionem. itaque simul intellegimus, eas formulas, quibus pecuniam aut rem aliquam nobis dari oportere intendimus, sua ui ac potestate ualere. eiusdem naturae sunt actiones commodati, fiduciae, negotiorum gestorum et aliae innumerabiles.

§. 34. Habemus adhuc alterius generis fictiones in quibusdam formulis: uelut cum is, qui ex *edicto* bonorum possessionem petiit, ficto se herede agit. cum enim praetorio iure et non legitimo succedat in locum defuncti, non habet directas actiones, et neque id, quod defuncti fuit, potest intendere suum esse, *neque id, quod defuncto debebatur*, potest intendere *dari sibi* oportere: itaque *ficto* se herede intendit, ueluti *hoc modo*: IVDEX ESTO. SI AVLVS AGERIVS, id est, ipse actor, LVCII TITII HERES ESSET, TVM SI EVM FVNDVM DE QUO AGITVR, EX IVRE QVIRITIVM EIVS ESSE OPORTERET; *uel, si in personam agatur, praeposita* simili *fictione*, formula ita subiicitur: TVM SI PARET NVMERIVM NEGIDIVM AVLO (AGERIO) SESTERTIVM X MILIA DARE OPORTERE. §. 35. Similiter et bonorum emptor ficto se herede agit. set interdum et alio modo agere solet. nam ex persona eius, cuius bona emerit, sumpta intentione, conuertit condemnationem in suam personam, id est, ut quod illius esset, uel illi dari oporteret, eo nomine aduersarius huic condemnetur: quae species

§. §. 32. 33. Conf. supra §. 10. *siue enim pecuniam — petamus.* Conf. supra §. 19.

§. 34. Conf. supra Commentar. III. §. 32. et loc. ibi alleg. item Theophilus, III, 9, §. 2.

§. 35. Conf. supra Commentar. III. §. §. 80. 81. item Theophilus, loc. ibi alleg. (III, 12, pr.) De Publio Rutilio Praetore conf. L. 1. §. 1. de bon. libertor.

TITULO III.

Del uso de las ficciones tanto en aquellas acciones que tienen ficticiamente el valor de las acciones de la ley, como en otras varias fórmulas.

§. 32. . . . . así es como el cobrador de los impuestos (*publicanus*), en la fórmula que se le habia concedido, obtenia por una ficcion que se condenase al deudor en una suma igual á la que el mismo cobrador habria obtenido en otro tiempo por la toma de prenda.

§. 33. Con todo no hay ninguna fórmula que imite ó simule la condicion por medio de las ficciones, porque ora sea que reclamemos una suma cierta de dinero ó cualquiera otra cosa determinada que se nos deba, sostenemos simplemente que hay obligacion de entregárnosla, y no empleamos ninguna ficcion de condicion. Por donde debemos inferir que las fórmulas, por cuyo medio sostenemos que alguna persona tiene obligacion de darnos cierta suma de dinero ó cualquiera otra cosa, son de las que llevan en sí mismas su fuerza y valor. De la misma naturaleza son las acciones de comodato (*commodati*), de fiducia (*fiduciæ*), de negocios agenciados (*negotiorum gestorum*) y otras innumerables.

§. 34. En ciertas fórmulas empleamos tambien ficciones de otra especie, v. gr., cuando aquel que en virtud del edicto obtuvo la posesion de bienes, entabla y prosigue sus acciones con la cualidad ficticia de heredero, pues sucediendo al difunto por derecho pretorio y no por la ley, no puede entablar acciones directas ni sostener por consiguiente que es de su propiedad lo que perteneció al difunto, ó que hay obligacion de darle lo que á este se debia. Por lo tanto se apoya en su finjida cualidad de heredero en esta forma: SÉ JUEZ. SI AULO AGERIO, esto es, el mismo actor, FUESE HEREDERO DE LUCIO TICIO Y POR CONSIGUIENTE SI EL FUNDO DE QUE SE TRATA LE PERTENECIESE POR DERECHO QUIRITARIO, ó bien si la accion es personal, se varía la fórmula despues de haber hecho uso de una ficcion semejante en estos términos: Y SI ENTONCES APARECE PROBADO QUE NUMERIO NEGIDIO TIENE OBLIGACION DE DAR DIEZ MIL SESTERCIOS A AULO AGERIO.

§. 35. De la misma manera puede el comprador de los bienes obrar por ficcion como tal heredero. Bien es verdad que á veces suele tambien proseguir su accion de muy distinto modo, porque haciendo la demanda á nombre de aquel cuyos eran los bienes vendidos, cambia la condenacion en favor suyo, esto es, pide que su adversario sea condenado á entregarle cuanto como

actionis appellatur Rutiliana, qui a Praetore Publio Rutilio, qui et bonorum uenditionem introduxisse dicitur, comparata est. superior autem species actionis, qua ficto se herede bonorum emptor *agit*, Seruiana uocatur. §. 36. (*Eiusdem generis est Publiciana actio*). datur autem haec actio ei, qui ex iusta causa traditam sibi rem nondum usucepit: eamque amissa possessione petit. nam quia non potest eam ex iure Quiritium suam esse intendere, fingitur rem usucepisse, et ita quasi ex iure Quiritium dominus factus esset, intendit hoc modo: IVDEX ESTO. SI QVEM HOMINEM AVLVS AGERIVS EMIT ** EI TRADITVS EST, ANNO POSSEDISSET, TVM SI EVM HOMINEM, DE QVO AGITVR, EIVS EX IVRE QVIRITIVM ESSE OPORTERET *et* reliqua. §. 37. Item ciuitas Romana peregrino fingitur, si eo nomine agat, aut cum eo agatur, quo nomine nostris legibus actio constituta est, si modo iustum sit, eam actionem etiam ad peregrinum extendi: uelut si furti agat peregrinus, aut cum eo agatur, formula ita concipitur: IVDEX ESTO. SI PARET (OPE) CONSILIOVE DIONIS ** FILII FVRTVM FACTVM ESSE PATERAE AVREAE, QUAM OB REM EVM, SI CIVIS ROMANVS ESSET, PRO FVRE DAMNVM DECIDERE OPORTERET et reliqua. item si peregrinus furti agat, ciuitas ei Romana fingitur. similiter si ex lege Aquilia peregrinus damni iniuriae agat, aut cum eo agatur, ficta ciuitate Romana iudicium datur. §. 38. Praeterea aliquando fingimus, aduersarium nostrum *capite* deminutum non esse. nam si ex contractu nobis obligatus obligataue sit, et capite deminutus deminutaue fuerit, uelut mulier per coemptionem, masculus per adrogationem, desinit iure ciuili debere nobis, nec directo intendere ***, dare eum eamue oportere: sed ne in potestate eius sit, ius nostrum corrumpere, introducta est contra eum eamue actio *uti*lis, rescissa capitis deminutione, id est, in qua fingitur capite deminutus deminutaue non esse.

§. 36. Conf. §. §. 3. 4. I. de act.
§. 37. Conf. Cicero, in Verrem, Lib. II, cap. 12.
§. 38. Conf. supra Commentar. III. §. 84. et Commentar. I. §. 162.

á tal comprador de los bienes le pertenezca ó haya obligacion de darle. Esta especie de accion se llama Rutiliana, del nombre de su autor Publio Rutilio (pretor), á quien se atribuye tambien haber introducido la venta de los bienes. La otra accion, por medio de la cual el comprador de los bienes obra en el supuesto título de heredero, se denomina accion serviana.

§. 36. A este mismo género pertenece la accion Publiciana, la cual compete al que pide una cosa adquirida con justo título, pero cuya posesion ha perdido sin haber llegado á usucapir. Porque como no puede sostener que la cosa es suya por derecho quiritario, se finje que la habia ya usucapido, y suponiéndose en virtud de esta ficcion dueño de la cosa, cual si por derecho quiritario lo fuese, hace su reclamacion en esta forma: SE JUEZ. SI AULO AGERIO HUBIESE POSEIDO DURANTE UN AÑO EL ESCLAVO QUE COMPRÓ Y LE FUE ENTREGADO, Y SI POR TANTO ESTE ESCLAVO DE QUE SE TRATA, LE HUBIESE PERTENECIDO POR DERECHO QUIRITARIO, etc.

§. 37. Tambien por medio de una ficcion se atribuye á un extranjero la cualidad de ciudadano romano, siempre que del título con que él reclama ó le reclaman, nazca accion establecida en nuestras leyes, y con tal que sea justo hacer estensiva á los extranjeros semejante accion; como si uno de ellos persigue ó es perseguido por hurto, en cuyo caso se concibe la fórmula en estos términos: SE JUEZ. SI APARECE PROBADO QUE POR OBRA Ó CONSEJO DE DION. . . . . SE HA COMETIDO EL HURTO DE UNA COPA DE ORO, POR CUYA RAZON SI FUESE CIUDADANO ROMANO, DEBERIA SER PERSEGUIDO POR LA ACCION DE HURTO, etc. Tambien se atribuye por ficcion al extranjero la cualidad de ciudadano romano, cuando él es quien entabla la accion de hurto. De la misma manera cuando un extranjero persigue ó es perseguido en virtud de la ley Aquilia por un daño causado contra derecho, hay lugar á la reclamacion en juicio por medio de una ficcion semejante.

§. 38. Ademas fingimos tambien algunas veces que no ha sufrido nuestro adversario la *capitis diminucion*, porque si en virtud de un contrato se encuentran un hombre ó una mujer obligados á nuestro favor, y llegan á sufrir la *capitis diminucion*, como si la mujer, por ejemplo, efectua la coempcion, ó el hombre se dá en adrogacion, cesan de estar obligados por el derecho civil, y no podemos sostener directamente. . . . . que el uno ó la otra tengan obligacion de dar; pero á fin de que no puedan destruir nuestro derecho, se ha establecido contra ellos una accion útil que rescinde la *capitis diminucion*, es decir, en la cual se supone que esta no ha tenido efecto.

§. 39. Partes autem formularum hae sunt: demonstratio, intentio, adiudicatio, condemnatio. §. 40. Demonstratio est ea pars formulae, quae precipue ideo inseritur, ut demonstretur res, de qua agitur. uelut haec pars formulae: QVOD AVLVS AGERIVS NVMERIO NEGIDIO HOMINEM VENDIDIT. item haec: QVOD AVLVS AGERIVS (APVT) NVMERIVM NEGIDIVM HOMINEM DEPOSVIT. §. 41. Intentio est ea pars formulae, qua actor desiderium suum concludit. uelut haec pars formulae: SI PARET, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO SESTERTIVM X MILIA DARE OPORTERE. item haec: QVIDQVID PARET NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE FACERE (OPORTERE). item haec: SI PARET, HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM AVLI AGERII ESSE. §. 42. Adiudicatio est ea pars formulae, qua permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus adiudicare: uelut si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi diuidundo, aut inter uicinos finium regundorum. nam illic *ita est*: QUANTVM ADIVDICARI OPORTET, IVDEX TITIO ADIVDICATO. §. 43. Condemnatio est ea pars formulae, qua iudici condemnandi absoluendiue potestas permittitur. uelut haec pars formulae: IVDEX NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVE. item haec: IVDEX NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DVNTAXAT (X MILIA) CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVITO. item haec: IVDEX NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO X MILIA CONDEMNATO et reliqua, ut non adiiciatur: SI NON PARET, ABSOLVITO. §. 44. (*Neque tamen semper*) istae omnes partes simul inueniuntur, sed quaedam inueniuntur, quaedam non inueniuntur. certe intentio aliquando sola inuenitur, sicut in praeiudicialibus formulis: qualis est, qua *quae*ritur, aliquis libertus sit, uel quanta dos sit, et aliae complures. demonstratio autem et adiudicatio et condemnatio numquam solae inueniuntur: nihil (*enim*) omnino sine intentione uel

§. 40. Conf. Paulus, Collat. Tit. II, §. 6.
§. 41. Conf. §. 20. I. de act. et §. §. 4. 5. 6. eod. de offic. jud.
§. 42. Conf. §. 20. I. de act. et §. §. 4. 5. 6. eod. de offic. jud.
§. 44. *certe intentio* — — — *aliae complures*. Conf. Theophilus, IV, 6. §. 13.

TITULO IV.

De las fórmulas.

§. 39. Las fórmulas constan de cuatro partes que son: **designacion** (*demonstratio*), pretension (*intentio*), adjudicacion (*adjudicatio*) y condenacion (*condemnatio*).

§. 40. Designacion es aquella parte de la fórmula que se inserta en primer lugar para espresar el asunto de que se trata. Tal es, por ejemplo, la parte de fórmula que sigue: POR CUANTO AULO AGERIO VENDIÓ UN ESCLAVO A NUMERIO NEGIDIO; y tambien esta otra: POR CUANTO AULO AGERIO DIÓ UN ESCLAVO EN DEPÓSITO A NUMERIO NEGIDIO.

§. 41. Llámase pretension (*intentio*) aquella parte de la fórmula en que el actor espresa su deseo ó peticion. Por ejemplo: SI APARECE PROBADO QUE NUMERIO NEGIDIO TIENE OBLIGACION DE DAR DIEZ MIL SESTERCIOS A AULO AGERIO; ó tambien: TODO CUANTO APAREZCA PROBADO QUE NUMERIO NEGIDIO TIENE OBLIGACION DE DAR Ó HACER EN FAVOR DE AULO AGERIO; ó bien: SI APARECE PROBADO QUE EL ESCLAVO PERTENECE A AULO AGERIO POR DERECHO QUIRITARIO.

§. 42. Se dá el nombre de adjudicacion á aquella parte de la fórmula en que se permite al juez que adjudique el objeto en cuestion á alguno de los litigantes, como si se trata de la accion de particion (*familiæ erciscundæ*) entre los coherederos, ó de la de division de una cosa comun (*communi dividundo*) entre los sócios, ó de la accion de señalamiento de límites (*finium regundorum*) entre vecinos, para cuyos diferentes casos se dice en la fórmula: JUEZ, ADJUDICA A TICIO CUANTO DEBAS ADJUDICABLE.

§. 43. La condenacion, por último, es aquella parte de la fórmula en que se dá al juez la potestad de absolver y condenar, como por ejemplo: JUEZ, CONDENA A NUMERIO NEGIDIO EN DIEZ MIL SESTERCIOS A FAVOR DE AULO AGERIO: SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVELO. O bien: JUEZ, CONDENA A NUMERIO NEGIDIO HASTA EN CANTIDAD DE DIEZ MIL SOLAMENTE A FAVOR DE AULO AGERIO: SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVELO. O tambien: JUEZ, CONDENA A NUMERIO NEGIDIO EN DIEZ MIL A FAVOR DE AULO AGERIO, etc., para no añadir esta última parte: SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVELO.

§. 44. No siempre se encuentran reunidas estas cuatro partes que acabamos de enumerar, pues algunas de ellas aparecen solas en ciertas fórmulas. En efecto, á veces se encuentra tan solamente la pretension (*intentio*); por ejemplo, en las fórmulas dichas *prejudiciales*, como son aquellas en que se litiga si uno es ó no liberto de otro, ó sobre el importe de la dote y otras muchas. Empero la designacion, la adjudicacion y la condenacion nunca se encuentran solas, porque nada vale absolutamente

condemnatione ualet (*demonstratio*); item condemnatio sine demonstratione uel intentione uel adiudicatione nullas uires habet: ob id numquam solae inueniuntur.

§. 45. Sed eas quidem formulas, in quibus de iure quaeritur, *in ius* conceptas uocamus. quales sunt, quibus intendimus nostrum esse aliquid ex iure Quiritium, aut nobis dari oportere, aut pro fure damnum (*decidi oportere*: *in*) quibus iuris ciuilis intentio est. §. 46. Ceteras uero in factum conceptas uocamus, id est, in quibus nulla talis intentionis concept*io* est; sed initio formulae nomina*to* eo, quod factum *est*, adi*iciun*tur ea uerba, per quae iudici damnandi absoluendiue potestas datur. qualis est formula, qua utitur patronus contra libertum, qui eum contra edictum Praetoris in ius uocat: nam in ea ita est: RECVPERATORES SVNTO. SI PARET, ILLVM PATRONVM AB ILLO LIBERTO CONTRA EDICTVM ILLIVS PRAETORIS IN IVS VOCATVM ESSE, RECVPERATORES ILLVM LIBERTVM ILLI PATRONO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNANTO: SI NON PARET, ABSOLVVNTO. ceterae quoque formulae, quae sub titulo de in ius uocando propositae sunt, in factum conceptae sunt: uelut aduersus eum, qui in ius uocatus neque uenerit, neque uindicem dederit; item contra eum, qui exemerit eum, qui in ius uocatur. et denique innumerabiles eiusmodi aliae formulae in albo proponuntur. §. 47. Sed ex quibusdam causis Praetor et in ius, et in factum conceptas formulas proponit, uel*ut* depositi et commodati. illa enim formula, quae ita concepta est: IVDEX ESTO. QVOD AVLVS AGERIVS APVT NVMERIVM NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSVIT, QVA DE RE AGITVR, QVIDQVID OB EAM REM NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE FACERE OPORTET EX FIDE BONA EIVS, ID IVDEX NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO CONDEMNATO **: SI NON PARET, ABSOLVITO, in ius concepta est. at illa formula, quae ita concepta est: IVDEX ESTO. SI PARET, AVLVM AGERIVM APVT NVMERIVM NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSVISSE, EAMQVE DOLO MALO NVMERII NEGIDII AVLO AGERIO REDDITAM NON ESSE, QVANTI EA RES ERIT, TANTAM PECVNIAM IVDEX NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO CONDEMNATO: SI NON PARET, ABSOLVITO, in factum concepta est. similes etiam commodati formulae sunt.

§. 48. Omnium autem formularum, quae condemnationem habent, ad pecuniariam aestimationem condemnatio concepta est. itaque etsi corpus aliquod petatur **********

§. 46. *qualis est formula, qua utitur patronus* etc. Conf. infra §. 183. item §. ult. I. de poen. temere litigant. Vlpianus, L. 25. §. 1. de obligat. et act. et L. 24. de in jus voc. Modestinus, L. 25. eod.

§. 47. Conf. infra §. 60. QVA DE RE AGITVR. Conf. Cicero, pro Muraena, cap. 13.

la designacion, si no vá acompañada de la pretension ó de la condenacion, y lo mismo sucede á esta última sin alguna de las otras tres partes, por cuya razon nunca se encuentran solas.

§. 45. Las fórmulas en que se agita una cuestion de derecho, se llaman fórmulas conforme á derecho (*in jus conceptas*). Tales son aquellas en que pretendemos que alguna cosa nos pertenece por derecho quiritario, ó que hay obligacion de dar ó de resarcir el daño causado por el ladron, en todas las cuales es de derecho civil la pretension (*intentio*).

§. 46. Por el contrario, llámanse fórmulas conforme al hecho (*in factum conceptas*) todas las demas, es decir, aquellas en que no se hace uso de semejante pretension, sino que designando el hecho solamente en el principio de la fórmula, se añaden en seguida aquellas palabras, mediante las cuales se dá al juez la potestad de condenar ó absolver. Tal es la fórmula que usa el patrono contra el liberto que le cita á juicio, infringiendo el edicto del pretor, cuya fórmula es la siguiente: NÓMBRENSE RECUPERADORES. SI APARECE PROBADO QUE TAL LIBERTO HA CITADO PARA COMPARECER EN JUICIO A TAL PATRONO CONTRA EL EDICTO DE TAL PRETOR, CONDENEN LOS RECUPERADORES AL REFERIDO LIBERTO EN LA CANTIDAD DE DIEZ MIL SESTERCIOS A FAVOR DEL MENCIONADO PATRONO: SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVANLE. Todas las demas fórmulas enunciadas bajo el título *de in jus vocando* (de la citacion á juicio), son tambien de la segunda especie. Como, por ejemplo, las que se han concedido contra aquel que citado á juicio no comparece ni dá fiador; contra el que impide la comparecencia del citado; y por último, otras innumerables fórmulas de la misma especie propuestas en la tabla del pretor (*in album*).

§. 47. Con todo en ciertos casos propone el pretor fórmulas conforme á derecho y al hecho, como la de depósito y la de comodato. En efecto, la que sigue es de las primeras: SE JUEZ. POR CUANTO AULO AGERIO DEPOSITÓ UNA MESA DE PLATA EN PODER DE NUMERIO NEGIDIO, LO QUE FORMA EL OBJETO DEL PLEITO; JUEZ, CONDENA POR ESTA CAUSA A NUMERIO NEGIDIO EN LO QUE ESTE OBLIGADO A DAR Ó HACER EN FAVOR DE AULO AGERIO, SEGUN SU BUENA FE. . . . : SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVELO. Por el contrario, la fórmula siguiente pertenece á las segundas: SE JUEZ. SI APARECE PROBADO QUE AULO AGERIO DEPOSITÓ UNA MESA DE PLATA EN PODER DE NUMERIO NEGIDIO, Y QUE ESTE OBRANDO CON DOLO MALO NO SE LA HA DEVUELTO, JUEZ, CONDENA A NUMERIO NEGIDIO EN FAVOR DE AULO AGERIO A TANTA CANTIDAD DE DINERO CUANTO VALIA LA COSA: SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVELO. Las fórmulas del comodato son tambien semejantes á estas.

§. 48. La condenacion, en todas las fórmulas que la tengan, espresa siempre el valor pecuniario de la cosa que es objeto del litigio, y por tanto aunque fuere corporal. . . . . no condena

******** iudex non ipsam rem condamnat eum, cum *quo* actum est, sicut olim fieri solebat, (*sed*) aestimata re pecuniam eum condemnat. §. 49. Condemnatio autem uel certae pecuniae in form*ula* ponitur, uel incertae. §. 50. Certae pecuniae in ea formula, qua certam *pecuniam petimus*; nam illic ima parte formulae ita *est*: IVDEX NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO SESTERTIVM X MILLIA CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVE. §. 51. Incertae uero condemnatio pecuniae duplicem significationem habet. est enim una *cum* aliqua praefinitione, quae uulgo dicitur cum taxatione; uelut si incertum aliquid petamus ********** formulae ita **: IVDEX NUMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DVMTAXAT X MILIA CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVE. *diu*ersa est, quae infinita *est*; *uelut* si rem aliquam a possidente nostram esse petamus, id est, si in rem agamus, uel ad exhibendum. nam illic ita est: QVANTI EA RES ERIT TANTAM PECVNIAM NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVITO. §. 52. ****** iudex si condemnat, certam pecuniam condemnare debet, et si certa pecunia in condemnatione posita non sit. debet autem iudex attendere, *ut*, *cum* certae pecuniae condemnatio posita sit, neque maioris, neque minoris summa petita condemnet: alioquin litem suam facit. item si taxatio posita sit, ne pluris condemnet, quam taxat*um* sit; alias enim similiter litem suam facit. minoris autem damnare ei permissum est ********** **** _____ _____ _____ _____ ********* ******* intendere debent ********** condemnatione constringi *** _____ _____ _____ _____

§. 53. Si quis intentione plus complexus *fuerit* ********** *rem* perdit, nec a Praetore in integrum *restituitur* ***** *quibusdam* casibus ********** _____ _____ _____ _____ modis petitur: re * tempore ********** ********** quae enim ********** ex parte res est, totam rem ********** _____ _____ _____ _____ dari promissum ********** ****** _____ _____ _____ _____ DARE SPONDES? DARE SPONDEO ********** _____ _____ _____ _____ dare * plus ********** ***** _____ _____ _____ _____ petere

§. 51. *cum taxatione*. Conf. Festus, sub voce Taxat.

§. 52. *iudex — — posita non sit*. Conf. §. 32. I. de act. *condemnatione constringi*. Conf. infra §. 57.

§. 53. Conf. infra §. 56. item §. 33. de act. Paulus, Sent. recept. I, 10. Consultatio, cap. 5.

el juez al demandado á entregar la cosa misma como solia hacerse antiguamente, sino que apreciada esta, le condena á dar su valor en dinero.

§. 49. Sin embargo, la condenacion no espresa siempre en la fórmula una cantidad determinada de dinero, pues á veces es indeterminada.

§. 50. Es determinada en todas aquellas fórmulas por las que reclamamos una cantidad fija de dinero (*certam pecuniam*). Sus términos, colocados en la última parte de la fórmula, son los siguientes: JUEZ, CONDENA A NUMERIO NEGIDIO EN DIEZ MIL SESTERCIOS A FAVOR DE AULO AGERIO: SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVELO.

§. 51. Por el contrario, puede ser indeterminada de dos maneras. La una, cuando se señala una cantidad como valor aproximado de la cosa reclamada, y es lo que ordinariamente se llama tasacion, como si, por ejemplo, reclamamos una cosa indeterminada. . . . . de la fórmula así. . . . . : JUEZ, CONDENA A NUMERIO NEGIDIO HASTA EN CANTIDAD DE DIEZ MIL SOLAMENTE A FAVOR DE AULO AGERIO: SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVELO. Y la otra, cuando se reclama una cosa dejando absolutamente indefinido su valor, como si, por ejemplo, reclamamos el dominio de una cosa que otro posee, es decir, cuando la accion es real ó tiene por objeto la exhibicion de una cosa mueble (*si in rem agamus vel ad exhibendum*), porque en tales casos la condenacion se halla concebida en estos términos: CONDENA A NUMERIO NEGIDIO EN TANTA CANTIDAD A FAVOR DE AULO AGERIO, CUANTO FUERE EL VALOR DE LA COSA: SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVELO.

§. 52. . . . . si el juez condena, debe fijar en la condenacion una cantidad determinada de dinero, aun cuando no viniese propuesta en la fórmula, teniendo con todo en consideracion que cuando esté determinada fijamente la cantidad, tiene que concretarse á ella sin poder aumentarla ni disminuirla, porque de otra manera se convertiría el juez en parte. Tambien debe tener presente que cuando hay tasacion, no puede condenar en una cantidad mayor que la tasada, so pena de convertirse igualmente en parte; pero sí le está permitido condenar en menos cantidad. . . . . .

(*Hic septem lineæ desunt.*)

§. 53. El que en la pretension (*intentio*) se estiende á pedir mas de lo que se le debe, pierde el pleito, sin que el pretor le conceda la restitucion *in integrum*. . . . . en algunos casos. . . . . .

(*Hic fere desunt quindecim lineæ.*)

id *etiam* non adiecto loco. Causa plus petitur uelut si quis in intentione tollat electionem debitoris, quam is habet obligationis iure. uelut si quis ita stipulatus sit: SESTERTIVM X MILIA, AVT HOMINEM STICHVM DARE SPONDES? deinde alterutrum ex his petat: nam quamuis petat, quod minus est, plus tamen petere uidetur, quia potest aduersarius interdum facilius id praestare, quod non petitur. similiter si quis genus stipulatus sit, deinde speciem petat. uelut si quis *purpur*am stipulatus sit generaliter, deinde Tyriam specialiter petat: quinetiam *li*cet uilissimam petat, idem iuris est propter eam rationem, quam proxime diximus. idem iuris est si quis generaliter hominem stipulatus sit, deinde nominatim aliquem petat, uelut Stichum, quamuis uilissimum. itaque sicut ipsa stipulatio concepta est, ita et intentio formulae concipi debet. §. 54. Illud satis apparet, in incertis formulis plus peti non posse, quia cum certa quantitas non petatur, sed quidquid aduersarium dare, facere oporte*at* intendatur, nemo potest plus intendere. idem iuris est et si in rem incertae partis actio data sit; uelut *potest* heres quantam partem petat in eo fundo, quo de agitur, *nes*cius esse: quod genus actionis in paucissimis causis dari solet. §. 55. Item palam est, si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari, eumque ex integro agere posse, quia ********** si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit; aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit, cui ex stipulatu debebatur; aut si cognitor, aut procurator intenderit, sibi dari oportere. §. 56. Set plus quidem intendere, sicut supra diximus, periculosum est: minus autem intendere licet; sed de reliquo intra eiusdem praeturam agere non permittitur. nam qui ita agit, per exceptionem excluditur: quae exceptio appellatur litis diuiduae. §. 57. At si in condemnatione plus positum sit, quam *oportet*, actoris qui*dem* periculum nullum est, sed (*reus, cum*) iniquam formulam acceperit, in integrum restituitur, ut minuatur condemnatio. si uero minus positum fuerit, quam oportet, hoc solum (*actor*) consequitur, quod posuit: nam tota qui*dem* res in iudicium deducitur, constringitur autem condem-

§. 54. *Illud — — — nemo potest plus intendere.* Conf. Cicero, pro Roscio Comoedo, cap. 4. *si in rem incertae partis actio data sit.* Conf. Noster, L. 76. §. 1. de rei vindicat. (e Commentar. ad Edict. prov.) item Paulus, L. 8. §. 1. communi divid.

§. 55. *Item — — — ex stipulatu debebatur.* §. 35. I. de act. *aut si cognitor.* etc. Conf. infra §. 86.

§. 56. Conf. §. 34. I. de act. *sicut supra diximus.* VI. §. 53. *sed de reliquo* etc. Conf. infra §. 122.

§. 57. *At — — nullum est.* Conf. infra §. 68. *constringitur autem condemnationis fine.* Conf. supra §. 52. *nam huius aetatis hominibus* etc. Conf. supra Commentar. II. §. 163.

. . . . . Incúrrese en la plus-peticion por razon de la causa, v. gr., cuando en la pretension (*intentio*) se quita al deudor la facultad de escoger que le correspondia por la misma obligacion contraida, como si habiendo uno estipulado en esta forma: ¿PROMETES DAR DIEZ MIL SESTERCIOS Ó EL ESCLAVO STICHO? reclamase despues determinadamente una sola de estas dos cosas; porque aún supuesto que fuese la de menos valor, se considera que incurre en la plus-peticion, toda vez que en ocasiones podría ser menos gravoso á su adversario desprenderse de la cosa no reclamada. Lo mismo sucedería si despues de haber estipulado genéricamente una cosa, se hiciese la reclamacion en especie, como si uno estipulase púrpura en general y viniese despues reclamando púrpura de Tiro; y aun cuando pidiese púrpura de la clase mas inferior, sería lo mismo por la razon que hemos asentado poco ha. Tambien incurria en la plus-peticion el que habiendo estipulado un esclavo en general, reclamase despues un esclavo determinado, Sticho, por ejemplo, aunque fuese del valor mas ínfimo. Así, pues, la pretension (*intentio*) de la fórmula debe hallarse concebida en los mismos términos que lo haya sido la estipulacion.

§. 54. Es evidente que en las fórmulas indeterminadas no puede tener lugar la plus-peticion, porque no pidiéndose en ellas una cantidad determinada y sí solo que la parte contraria dé ó haga aquello á que esté obligada, no cabe el pedir mas de lo justo. Lo mismo sucede cuando se reclama en virtud de accion real una parte indeterminada, como el heredero que puede muy bien ignorar la que le corresponde en el fundo de que se trate, si bien suele darse esta especie de accion en poquísimas causas.

§. 55. Tambien es claro que en nada se perjudica el que pide en la pretension (*intentio*) una cosa por otra, pues le es permitido deshacer el error mediante la restitucion *in integrum*, porque. . . . . como si uno reclama el esclavo Eroto en vez del esclavo Sticho que era el que pedir debia, ó si espresa en la pretension que se le debe en virtud de un testamento lo que procede de una estipulacion, ó bien cuando el *cognitor* ó el procurador no usan en la demanda (*intentio*) el nombre de su principal ó poderdante sino el suyo propio.

§. 56. Hay riesgo de pedir mas de lo justo en la pretension, como ya hemos dicho, pero es uno dueño de reclamar menos, si bien en este caso no se permite entablar accion por el resto durante la misma pretura, pues el que lo hiciese sería rechazado por la escepcion llamada de pleito dividido (*litis dividuæ*).

§. 57. Pero si es en la condenacion donde se pide mas de lo justo, nada pierde el actor, si bien se concede la restitucion *in integrum* al reo que acepta una condenacion injusta, para que pueda conseguir su disminucion. Y por el contrario, si la condenacion comprende menos de lo justo, eso es lo que únicamente obtiene el actor; porque habiendo deducido en juicio todo su

nationis fine, quam iudex egredi non potest. nec ex ea parte Praetor in integrum restituit: facilius enim reis Praetor succurrit, quam actoribus. loquimur autem exceptis minoribus XXV annorum; nam huius aetatis hominibus in omnibus rebus lapsis Praetor succurrit. §. 58. Si in demonstratione plvs aut minus positum sit, nihil in iudicium deducitur, et ideo res in integro manet: et hoc est, quod dicitur, falsa demonstratione rem non perimi. §. 59. Sed sunt, qui putant, minus recte comprehendi. nam qui forte Stichum et Erotem emerit, recte uidetur ita demonstrare: QVOD EGO DE TE HOMINEM EROTEM EMI; et si uelit, de Sticho alia formula idem agat: quia uerum est, eum, qui duos emerit, singulos quoque emisse: idque ita maxime Labeoni uisum est. sed si is, qui unum emerit, de duobus egerit, falsum demonstrat. idem et in aliis actionibus est, uelut commodati, depositi. §. 60. Sed *nos* aput quosdam scriptum inuenimus, in actione depositi et denique in ceteris omnibus, quibus damnatus unusquisque ignominia notatur, eum, qui plus, quam oporteret, demonstrauerit, litem perdere. uelut si quis, una re deposita, duas res deposuisse demonstrauerit: aut si is, cui pugno mala percussa est, in actione iniuriarum, esse aliam partem corporis percussam sibi, demonstrauerit. quod an debeamus credere uerius esse, diligentius requiremus. certe cum duae sint depositi formulae, alia in ius concepta, alia in factum, sicut supra quoque notauimus, et in ea quidem formula, quae in ius concepta est, initio res, de qua agitur, demonstretur, tum designetur, deinde inferatur iuris contentio his uerbis: QVIDQVID OB EAM REM ILLVM MIHI DARE FACERE OPORTET; in ea uero, quae in factum concep*ta est*, ********** **** *res*, de q*ua agitur*, designetur his uerbis: SI PARET, ILLVM APVT ILLVM DEPOSVISSE: dubitare non debemus, quin si quis in formula, quae in factum composita est, plures res designauerit, quam deposuerit, *litem* perdat; quia in intentione plus *****

§. 60. *sicut supra quoque notauimus.* Vid. §. 47.

derecho, lo limita al fin en la condenacion, de cuyos términos no es lícito al juez separarse en su fallo: ni tampoco le concede el pretor la restitucion *in integrum* por la parte no incluida en la condenacion, á causa de que el pretor favorece mas bien á los reos que á los actores, salvo cuando estos últimos no lleguen á veinte y cinco años, pues los menores son siempre auxiliados por el pretor cuando sufren algun perjuicio.

§. 58. Si la designacion (*demonstratio*) abraza mas ó menos de lo justo, como que nada se deduce en juicio en este caso, permanece en toda su integridad el derecho del actor, y por esto suele decirse que una designacion falsa no hace perder el negocio.

§. 59. Algunos juzgan, sin embargo, que no es viciosa la designacion (*demonstratio*) que comprende menos de lo justo, porque parece que el comprador de dos esclavos, Sticho y Eroto, puede muy bien decir en ella: POR CUANTO TE HE COMPRADO EL ESCLAVO EROTO, y entablar, si quiere, la accion en otra fórmula respecto del esclavo Sticho, pues no cabe duda en que el comprador de dos cosas lo es tambien de cada una de ellas en particular; tal es especialmente la opinion de Labeon. Y que por el contrario la designacion (*demonstratio*) es viciosa cuando el comprador de un solo objeto reclama dos, sucediendo lo mismo en las demas acciones, como por ejemplo las de comodato y depósito.

§. 60. No obstante, hemos encontrado en algunos autores la opinion de que en la accion de depósito y en todas las demas de que resulta ignominia para el condenado, debe perder el pleito el que hubiere espuesto en la designacion (*demonstratio*) mas de lo justo, como si, por ejemplo, la hiciese estensiva á dos cosas el que habia depositado una sola; ó el abofeteado, al entablar la accion de injurias (*injuriarum*), espresase en la designacion que habia recibido los golpes en otra parte de su cuerpo y no en la cara. Trataremos ahora de inquirir con todo cuidado si hemos de tener esta última opinion por mas acertada. Siendo dos las fórmulas de la accion de depósito, como ya hemos asentado, una conforme á derecho (*in jus concepta*) y otra conforme al hecho (*in factum concepta*), y haciéndose en la primera desde luego la designacion de la cosa de que se trata, señalándola entonces y añadiendo en seguida estas palabras que formulan la cuestion de derecho: CUANTO POR ESTA CAUSA TENGA OBLIGACION DE DAR Ó HACER A MI FAVOR, mientras que por el contrario en la segunda. . . . . se designa el objeto del litigio con estas palabras: SI APARECE PROBADO QUE ESTE DEPOSITÓ EN PODER DE AQUEL; no debemos dudar que perderá el pleito el que designare en la fórmula conforme á hecho (*in factum concepta*) mas objetos de los que en realidad hubiese depositado, porque en la pretension pide mas. . . . . .

(*Hic duæ paginæ desunt.*)

§. 61. continetur, *ut habita ratione eius*, quod *inuicem actorem ex* eadem causa *praestare* oporteret, *in reliquum* eum, cum quo actum est, condemnare. §. 62. Sunt autem bonae fidei iudicia haec: ex empto, uendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae ********** §. 63. iudici ********** compensationis rationem habere ** ******** formulae uerbis praecipitur; sed quia id bonae fidei iudicio conveniens uidetur, id officio eius contineri creditur. §. 64. Alia causa est illius actionis, qua argentarius experitur: nam is cogitur cum compensatione agere, **eum** compensatio uerbis formulae comprehendatur. *itaque* argentarius, ab initio compensatione facta, minus intendit sibi dari oportere. ecce enim si *sestertium* x milia debeat Titio, atque ei xx debeat *Titius*, *ita intendit*, si paret Titium sibi x milia dare oportere amplius, quam *ipse Titio* debet. §. 65. Item debet cum deductione agere *uelut* bonorum emptor, *ita, ut* in hoc solum aduersarius condemnetur, quod superest, deducto eo, quod inuicem tibi defraudatoris nomine debet. §. 66. Inter compensationem autem, quae argentario interponitur, et deductionem, quae obiicitur *bonorum emptori*, illa differentia est, quod in compensationem hoc solum uocatur, quod eiusdem generis et naturae est. ueluti pecunia cum pecunia compensatur, triticum cum tritico, uinum cum uino: adeo, ut quibusdam placeat, non omnimodo uinum cum uino, aut triticum cum tritico compensandum, sed ita si eiusdem naturae qualitatisque sit. in deductionem autem uocatur et quod non est eiusdem generis. itaque si pecuniam petat bonorum emptor, et inuicem frumentum, aut uinum *tibi* debeat, deducto *eo*, quanti id erit, in reliquum experitur. §. 67. Item uocatur in deductionem et id, quod in diem debetur: compensatur autem hoc solum, quod praesenti die debetur. §. 68. Praeterea compensationis quidem ratio in intentione ponitur: quo

§. 61. Conf. Paulus, Sent. recept. II, 5, §. 3. *continetur ut.* Conf. §. 30. I. de act. *habita ratione* etc. §. 39. I. eod.
§. 62. Conf. §. 28. I. de act. Cicero, de Offic. Lib. III. cap. 17.
§. 68. *quo loco plus petenti periculum non interuenit.* Conf. supra §. 57.

TITULO V.

De los juicios de buena fé y de la compensacion y deduccion.

§. 61. . . . . se contiene, que teniendo en cuenta lo que por causa idéntica debiese á su vez el actor satisfacer al demandado, solo se condene á este último en el escedente.

§. 62. Los juicios de buena fé son estos: los de compra, venta, locacion, conduccion, gestion de negocios, mandato, depósito, fiducia, sociedad, tutela. . . . . .

§. 63. . . . . se manda por las palabras de la fórmula; pero en razon á que esto parece conforme con el carácter especial del juicio de buena fé, se cree que entra en las atribuciones del juez.

§. 64. No sucede lo mismo con la accion que tiene el banquero ó cambista (*argentarius*) para reclamar sus créditos, pues á este se le obliga á proponer la compensacion juntamente con la accion, comprendiéndola en las mismas palabras de la fórmula, y así es que hecha desde luego la compensacion, eso menos reclama en la pretension á su adversario. Por ejemplo, si un banquero ó cambista (*argentarius*) debe diez mil á Ticio y éste le debe á él veinte mil, concibe la pretension en estos términos: si aparece probado que Ticio tiene obligacion de darle diez mil, ademas de los diez mil que él mismo debe á Ticio.

§. 65. Tambien el comprador de los bienes debe proponer su accion deduciendo lo que él adeude (*debet eum deductione agere*), de suerte que solo se condene á la parte contraria en el sobrante que resulte despues de deducir lo que á esta deba el comprador á su vez por razon de fraude.

§. 66. Empero hay una diferencia entre la compensacion que puede oponerse al banquero ó cambista, y la deduccion que puede objetarse al comprador de los bienes, y es que solo admiten compensaciones las cosas de un mismo género y naturaleza, como dinero con dinero, trigo con trigo, vino con vino; y hasta tal punto que, segun la opinion de algunos, no debe hacerse la compensacion así absolutamente vino con vino y trigo con trigo, sino que forzosamente estas materias han de ser de la misma naturaleza y calidad: mientras que por el contrario son susceptibles de deduccion aun las cosas heterogéneas. Por lo cual si el comprador de los bienes reclama dinero y él debe á su turno trigo ó vino, se limitará su accion al escedente que resulte despues de deducir el valor del trigo ó del vino.

§. 67. Tambien es susceptible de deduccion lo que se debe para cierto dia, al paso que no cabe compensacion sino en lo que se debe de presente.

§. 68. Ademas la causa ú orígen de la compensacion inter-

fit, ut si facta compensatione plus nummo uno intendat argentarius, causa cadat et ob id rem perdat. deductio uero ad condemnationem ponitur, quo loco plus petenti periculum non interuenit; utique bonorum *emptore* agente, qui, licet de certa pecunia agat, incerti tamen condemnationem concipit.

§. 69. Quia tamen superius mentionem habuimus de actione, qua in peculium filiorum familias seruorumque agitur, opus est, ut de hac actione et de ceteris, quae eorumdem nomine in parentes dominosue dari solent, diligentius admoneamus. §. 70. Inprimis itaque si iussu patris dominiue negotium gestum erit, in solidum Praetor actionem in patrem dominumue comparauit: et recte, quia qui ita negotium gerit, magis patris dominiue, quam filii seruiue fidem sequitur. §. 71. Eadem ratione comparauit duas alias actiones, exercitoriam **et** institoriam. tunc autem exercitoria locum habet, cum pater dominusue filium seruumue magistrum naui praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus fuit, negotium gestum erit. cum enim ea quoque res ex uoluntate patris dominiue contrahi uideatur, aequissimum **Praetori** uisum est, in solidum actionem dari. quin etiam, licet extraneum quisquam **magistrum nau*i* praeposuerit, siue seruum siue liberum, tamen ea Praetoria actio in eum redditur. ideo autem exercitoria actio appellatur, quia exercitor uocatur is, ad quem cottidianus nauis quaestus peruenit. institoria *uero* formula tum locum habet, cum quis tabernae, aut cuilibet negociationi filium seruumue, **aut** quemlibet extraneum, siue seruum, siue liberum praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus est, contractum fuerit. ideo autem institoria **appellatur, quia, qui** tabernae praeponitur, institor appellatur. quae *et ipsa* formula in solidum est. §. 72. Praeterea tributoria **quoque actio** in

§. 69. pr. I. quod cum eo contractum est; *superius*. Primam actionis de peculio mentionem vel pag. 112, vel pag. 210. contineri suspicor. Conf. §. 36. I. de act.

§. 70. Conf. §. 1. I. quod cum eo contractum est.

§. 71. §. 2. I. quod cum eo contractum est.

§. 72. §. 3. I. quod cum eo contractum est.

puesta debe espresarse en la pretension, y de aquí es que si el banquero reclama despues de hecha la compensacion una sola moneda de mas en la pretension, falsea la causa y viene por tanto á perder el pleito. Pero como la deduccion se propone en la condenacion, y en esta no importa que se pida mas de lo justo, resulta que el comprador de los bienes puede muy bien no fijar en la condenacion ninguna cantidad, aunque verse su accion sobre una suma de dinero cierta y determinada.

TITULO VI.

De los negocios contratados con los que están bajo de potestad agena.

§. 69. Habiendo hecho mencion anteriormente de la accion relativa al peculio de los hijos de familia y al de los esclavos, será conveniente que espliquemos ahora con todo detenimiento tanto esta accion como las demas que á nombre de ellos suelen darse contra los padres y señores.

§. 70. Y en primer lugar si un hijo de familia ó un esclavo negocian cualquier cosa por órden de su padre ó señor, concede el pretor contra estos una accion para reclamar el importe total de la obligacion contraida por aquellos; disposicion muy justa pues todo el que contrata de este modo, vá mas bien confiado en la buena fé del padre ó del señor, que no en la del hijo ó del esclavo.

§. 71. Por la misma razon concedió el pretor otras dos acciones llamadas exercitoria é institoria. Tiene lugar la primera cuando el padre ó el señor ponen al frente de un buque como capitan ó patron al hijo ó al esclavo, y alguna persona trata con ellos negocios relativos á la comision ó encargo que han recibido de su superior; porque pareciendo que semejantes negociaciones se efectuan tambien con arreglo á la voluntad del padre ó señor, ha creido el pretor muy justo conceder una accion contra ellos por el todo de la obligacion, sin que deje de tener lugar esta accion pretoria aunque el capitan ó patron encargado de la nave sea un estraño, bien de condicion libre, bien esclavo. Háse dado á esta accion el nombre de exercitoria, porque se llama *exercitor* aquel que guarda en su poder las ganancias diarias del buque. La otra accion, llamada institoria porque institor es el nombre del que se halla al frente de una tienda, tiene lugar en el caso de que alguno confie á su hijo, á su esclavo ó á cualquier estraño, sea esclavo ó libre, la direccion de una tienda ó de cualquiera otra negociacion, y alguno celebrare con ellos contratos que tengan relacion con su encargo. Esta accion lo mismo que la anterior se dá por el todo de la obligacion contraida (*in solidum*).

§. 72. *El pretor* ha establecido tambien una accion llamada

patrem dominumue ********** constituta est, cum filius seruusue *in peculi*ari *merce sciente patre dominoue negotiatur. nam si quid cum eo eius rei causa contractum erit: ita Praetor ius dicit, ut quidquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter patrem dominumue, si quid ei debebitur, et ceteros creditores pro rata portione distribuatur. et quia ipsi patri dominoue distributionem permittit, si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit, hanc ei actionem accomodat, quae tributoria appellatur. §. 73. Praeterea introducta est actio de peculio deque eo, quod in rem patris dominiue uersum erit ut, quamuis sine uoluntate patris dominiue negotium gestum erit, tamen, siue quid in rem eius uersum fuerit, id totum praestare debeat, siue quid non sit in rem eius uersum, id eatenus praestare debeat, quatenus peculium patitur. in rem autem patris dominiue uersum intellegitur, quidquid necessario in rem eius impenderit filius seruusue: ueluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut aedificia ruentia fulserit, aut familiae frumentum emerit, uel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. itaque si ex decem ut puta sestertiis, quae seruus tuus a Titio mutua accepit, creditori tuo quinque sestertia soluerit, reliqua uero quinque quolibet modo consumpserit: pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro ceteris uero quinque eatenus, quatenus in peculio sit. ex quo scilicet apparet, si tota decem sestertia in rem tuam uersa fuerint, tota decem sestertia Titium consequi posse. licet enim una est actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem patris dominiue uersum sit, agitur; tamen duas habet condemnationes. itaque iudex, aput quem ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem patris dominiue uersum sit: nec aliter ad peculii aestimationem transit, quam si aut nihil in rem patris dominiue uersum esse intellegatur, aut non totum. cum autem quaeritur, quantum in peculio sit, ante de*ducitur, quod patri dominoue, quique *in potestate eius sit, a fi*lio seruoue debetur: et quod superest, hoc solum peculium *esse* intelligitur. *aliquando tamen id, quod ei* debet filius seruusue, qui in potestate patris dominiue *est, non* deducitur ex peculio (*si*) is,

§. 73. §. 4. I. quod cum eo contractum est. *licet — — condemnationes.* Conf. §. 74.

tributoria contra el padre ó el señor. . . . . cuando el hijo ó el esclavo emplean su peculio en alguna negociacion ó tráfico, siempre que sea con conocimiento del padre ó señor, porque en este caso, si han contraido alguna obligacion en asuntos propios de su giro, el pretor decide que tanto el capital empleado como las ganancias se distribuyan entre el padre ó el señor, si se les debe algo, y entre los demas acreedores en proporcion á sus respectivos créditos. Y como el autorizado para hacer esta distribucion es el mismo padre ó señor, por eso si alguno de los acreedores se queja de haber sido perjudicado en ella, puede ejercitar la accion nombrada tributoria.

§. 73. Se ha introducido tambien una accion que tiene por objeto el peculio y todo lo invertido por el hijo ó el esclavo en provecho del padre ó señor. Por esta accion, aun cuando los negocios se hayan contratado sin consentimiento del padre ó señor, estos no obstante tienen obligacion de pagar cuanto se hubiere invertido en su provecho; pero si los gastos hubiesen sido en asuntos estraños á los intereses del padre ó señor, la obligacion solo se estiende hasta el importe del peculio y nada mas. Se entiende por invertido en provecho del padre ó señor, las impensas necesarias hechas en sus cosas por el hijo ó el esclavo, como si estos toman dinero prestado para satisfacer á los acreedores de aquellos, para reparar sus edificios ruinosos ó para la compra de granos destinados á la subsistencia de la familia y aun de fundos ó de cualquiera otra cosa necesaria. Así, por ejemplo, si de diez sestercios que tu esclavo tomó prestados á Ticio, emplease cinco en pagar á tus acreedores y los cinco restantes los gastase de cualquier otro modo, debes ser condenado á reintegrar los cinco primeros en su totalidad; pero respecto de los otros cinco solo estas obligado por la cantidad á que alcance el peculio. Por donde se vé que si los diez sestercios se hubieren invertido todos en provecho tuyo, podrá Ticio exigírtelos por entero, porque si bien es una sola la accion que compete sobre el peculio y sobre lo invertido en provecho del padre ó señor, contiene sin embargo dos condenaciones, y por lo tanto el juez ante quien se entabla esta accion, suele examinar primeramente si la cantidad reclamada se ha invertido en provecho del padre ó señor; y solo en el caso de que nada se haya gastado con este objeto, ó no se haya empleado en él toda la suma prestada, es cuando pasa el juez á valuar el peculio, para lo cual hay que deducir ante todo lo que el hijo ó el esclavo deban al padre ó señor y á cualquiera que se halle bajo la potestad de estos, entendiéndose solamente como peculio lo que restare despues de hacer esta deduccion. No obstante, puede suceder algunas veces que no se deduzca del peculio lo que el hijo ó el esclavo deben á los que están sometidos á la potestad del padre ó señor, y es cuando aquel, en cuyo favor fuere la deuda, hace él mismo parte del peculio.

cui debet, in huius ipsius peculio sit. §. 74. Ceterum *dubium non est, quin is quoque, qui iussu patri*s dominiue contrax*it, cuique institoria, uel exerci*toria formula competit, de peculio, aut de in rem uerso agere possit. sed nemo tam stultus erit, ut qui aliqua illarum actionum sine dubio solidum consequi possit, in difficultatem se deducat, probandi, *in *rem patris dominiue uersum esse, uel habere filium seruumue peculium, et tantum habere, ut solidum sibi s*olui possit.* Is quoque, cui tributoria actio competit, de peculio, uel de in rem uerso agere potest. sed huic sane plerumque expedit, hac potius actione uti, quam tributoria. nam in tributoria eius solius peculii ratio habetur, quod in his mercibus *continetur*, quibus negociatur filius seruusue, *quod*que inde receptum erit: at in actione peculii, totius. et potest quisque tertia forte, aut quarta, uel etiam minore parte peculii negotiari, maximam uero partem *in praedis, uel* in aliis rebus habere ********** potest approbari, id, quod ********** in rem patris dominiue uersum esse, ad hanc actionem transire debet. nam, ut supra diximus, eadem formula et de peculio et de in rem uerso agitur.

§. 75. Ex maleficiis filiorum familias seruorumue, ueluti si furtum fecerint, aut iniuriam commiserint, noxales actiones proditae sunt, uti liceret patri dominoue aut litis aestimationem sufferre, aut noxae dedere. *erat* enim iniquum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora parentibus dominisue damnosam esse. §. 76. Constitutae sunt autem noxales actiones aut legibus, aut edicto. legibus: uelut furti lege XII tabularum; damni iniuriae lege Aquilia. edicto Praetoris: uelut iniuriarum et ui bonorum raptorum. §. 77. Omnes autem noxales actiones caput sequuntur. nam si filius tuus seruusue noxam commiserit, quamdiu in

§. 74. *Ceterum — — — de in rem uerso agere potest.* §. 5. I. quod cum eo contractum est. *et potest — — —habere.* cit. §. 5. I. conferenda et in reliquo hoc articulo. *ut supra diximus.* Vid. §. 73.
§. 75. *Ex — — — dedere.* pr. I. de noxal. act. *erat* etc. §. 2. eod.
§. 76. §. 4. I. de noxal. act.
§. 77. §. 5. I. de noxal. act. *primo commentario tradidimus.* Vid. Commentar. I. §. 160.

§. 74. Por lo demas es indisputable que todo aquel á quien por haber contratado con un hijo ó esclavo, prévia autorizacion del padre ó señor, compete la accion institoria ó la exercitoria, puede entablar tambien la concerniente al peculio y á lo invertido en provecho de estos últimos; pero nadie habrá tan sandio que pudiendo conseguir sin dificultad toda la deuda por medio de una de las dos primeras acciones, vaya á esponerse á las dificultades é inconvenientes de haber de probar que la suma se invirtió en provecho del padre ó señor, que el hijo ó esclavo tienen un peculio, y que este peculio alcanza para pagar el todo de la deuda. Tambien aquel á quien compete la accion tributoria puede ejercitar la concedida sobre el peculio y sobre lo invertido en provecho del padre ó señor, y aun es mas conveniente hacer uso de esta última accion que de la tributoria, porque esta se dirige únicamente contra aquella parte del peculio empleada por el hijo ó el esclavo en las mercaderías cuyo comercio hiciese, y contra las ganancias en él obtenidas, mientras que en la accion de peculio se tiene todo él en cuenta. Y como puede cualquiera negociar con la tercera ó cuarta parte del peculio y aun con menos, teniendo empleado todo lo demas en predios ó en otras cosas. . . . . *pero si* puede probar que lo. . . . . se ha invertido en provecho del padre ó del señor, debe preferir esta accion, porque, como ya hemos dicho, se usa la misma fórmula, ora verse la reclamacion sobre el peculio, ora sobre lo invertido en provecho del padre ó señor.

TITULO VII.

De los acciones noxales.

§. 75. Los delitos de los hijos de familia y de los esclavos, tales como el hurto ó injuria, dieron orígen á las acciones noxales, cuyo objeto es permitir que el padre ó el señor escojan entre pagar el valor de lo reclamado, ó entregar los hijos y esclavos delincuentes á los agraviados para su castigo ó el resarcimiento del daño hecho (*noxæ dedere*); porque era injustísimo que la perversidad de los culpables causase males y perjuicios no solo á ellos mismos, sino tambien á sus padres y señores.

§. 76. Las acciones noxales han sido establecidas por las leyes ó por el edicto del pretor. Sirvan de ejemplo de las primeras la accion de hurto (*furti*) establecida por la ley de las Doce Tablas y la de daño causado injustamente (*damni injuriæ*) por la ley Aquilia: y de las segundas la accion de injurias (*injuriarum*) y la de robo (*vi bonorum raptorum*).

§. 77. Todas las acciones noxales siguen constantemente á la persona bajo de cuya potestad se encuentra el que causó el daño (*caput sequuntur*). En efecto, si tu hijo ó esclavo incurriere en alguno de dichos delitos hallándose bajo tu potestad, la ac-

tua potestate est, tecum est actio: si in alterius potestatem peruenerit, cum illo incipit actio esse: si sui iuris coeperit esse, directa actio cum ipso est, et noxae deditio extinguitur. ex diuerso quoque directa actio noxalis esse incipit. nam si pater familias noxam commiserit, et hic se in adrogationem tibi dederit, aut seruus tuus esse coeperit, (*quod*) quibusdam casibus accidere primo commentario tradidimus, incipit tecum noxalis actio esse, quae ante directa fuit. §. 78. Sed si filius patri, aut seruus domino noxam commiserit, nulla actio nascitur: nulla enim omnino inter me et eum, qui in potestate mea est, obligatio nascitur. ideoque etsi in alienam potestatem peruenerit, aut sui iuris esse coeperit, neque cum ipso, neque cum eo, cuius nunc in potestate est, agi potest. unde quaeritur, si alienus seruus filiusue noxam commiserit mihi, et is postea in mea esse coeperit potestate, utrum intercidat actio, an quiescat. nostri praeceptores intercidere putant, quia in eum casum deducta sit, in quo actio consistere non potuerit: ideoque, licet exierit de mea potestate, agere me non posse. diuersae scholae auctores, quamdiu in mea potestate sit, quiescere actionem putant, cum ipse mecum agere non possim: cum uero exierit de mea potestate, tunc eam resuscitari. §. 79. Cum autem filius familias ex noxali causa mancipio datur, diuersae scholae auctores putant, ter eum mancipio dari debere, quia lege XII tabularum cautum sit, (*ne aliter filius de potestate patris*) exeat, quam si ter fuerit mancipatus. Sabinus et Cassius ceterique nostrae scholae auctoritate sufficere unam mancipationem crediderunt; tres enim lege XII tabularum ad uoluntarias mancipationes pertinere.

§. 80. Haec ita de his personis, quae in potestate (*sunt*), siue ex contractu, siue ex maleficio earum *controuersia* esset. quod uero ad *eas* personas, quae in manu mancipioue sunt ********** ******* ex *contractu* earum ageretur, nisi ab eo, cuius iuri sub-

§. 78. *Sed — — — agere me non posse.* §. 6. I. de noxal. act. *unde quaeritur* etc. Conf. Paulus, L. 18. de furt. Neratius, L. 64. eod. Tryphoninus, L. 37. de noxalib. act.

§. 79. Conf. supra Commentar. I. §. §. 140. 141. 132. 135.

§. 80. *nisi ab eo — — ueneunt.* Conf. supra Commentar. III. §. 84.

cion se dirige contra tí; si pasan á la potestad de otro, contra este otro; y por último, si llegan á hacerse independientes (*sui juris*), se dá contra ellos una accion directa y no tiene ya cabida el abandono noxal. Por el contrario, puede tambien pasar á ser noxal una accion directa en su principio; porque si comete el delito un padre de familia y luego viene á ser hijo tuyo por adrogacion, ó esclavo, segun puede suceder en ciertos casos que enumeramos en el primer comentario, pasa entonces á ser noxal y á dirigirse contra tí una accion que fué directa en su principio.

§. 78. Empero si los delitos de esta clase son cometidos contra el mismo padre por su hijo ó contra el señor por el esclavo, en este caso no nace accion ninguna; porque ninguna obligacion puede existir entre mi persona y los que dependen de mi potestad. De donde resulta que aunque pasaran á la de otro ó se hicieran independientes, ni podría yo proceder directamente contra ellos ni contra la persona en cuya potestad entrasen. De aquí la cuestion sobre si cesa del todo la accion ó queda solo interrumpida cuando un hijo ó esclavo ageno, despues de haberse hecho culpable contra mí, llegase á estar bajo de mi potestad. La opinion de nuestros maestros es que cesa del todo, porque las circunstancias hacen que no pueda tener lugar la accion; y por tanto que no podría yo entablarla aunque el hijo ó el esclavo volviesen á estar fuera de mi potestad. Pero los autores de la escuela opuesta opinan que mientras el hijo ó esclavo estuvieren sometidos á mí, la accion queda en suspenso porque no puedo repetir contra ellos; mas que renace luego que salen de mi potestad.

§. 79. Cuando un hijo de familia es entregado en *mancipio* por causa noxal, juzgan nuestros adversarios que debe ser mancipado tres veces, estando como está prevenido en la ley de las Doce Tablas que sean necesarias tres mancipaciones para que el hijo salga de la patria potestad; pero Sabino, Casio y los demas autores de nuestra escuela creyeron bastante en este caso una sola mancipacion, porque las tres mancipaciones de que habla la ley de las Doce Tablas, se refieren á los casos de mancipacion voluntaria.

TITULO VIII.

Del efecto de las obligaciones contraidas por los que se hallan sometidos al poder (manus) *ó al mancipio.*

§. 80. Tales son las reglas establecidas cuando se procede en virtud de contratos ó delitos contra los individuos sometidos á la potestad. Por lo que hace á las personas que están bajo el poder (*manus*) ó en mancipio. . . . . por contrato se proceda contra ellas, se venden los bienes que hubieran

iectae sint, *in solidum* defendantur, bona, quae earum *futura forent*, si *eius* iuri subiectae non essent, *uenerunt*. sed cum **** ********* imperio continenti iudicio ——— ——— ——— ——— — — — — — — — enim — — — — — — — — — — — §. 81. *quamquam* diximus ******* *permissum* fuisse, ei mortuos homines dedere, tamen etsi quis *eum* dederit, qui fato suo uita excesserit, aeque liberatur.

§. 82. **Nunc admonendi sumus, agere posse quemlibet aut suo nomine, aut alieno**. alieno, ueluti cognitorio, procuratorio, tutorio, curatorio: cum olim, *quamdiu* ****** *legis* actiones in usu fuissent, alterius nomine agere non liceret, (*nisi*) pro populo *et libertatis causa*. §. 83. Cognitor autem certis uerbis in litem coram aduersario substituitur. nam actor *ita* cognitorem dat: QVOD EGO A TE uerbi gratia FVNDVM PETO, IN EAM REM LVCIVM TITIVM TIBI COGNITOREM DO; adversarius ita: QVANDO TV A ME FVNDVM PETIS, IN EAM REM PVBLIVM MAEVIVM COGNITOREM DO. potest, ut actor ita dicat: QVOD EGO TECVM AGERE VOLO, IN EAM REM COGNITOREM DO; aduersarius ita: QVANDO TV MECVM AGERE VIS, IN EAM REM COGNITOREM DO. nec interest, praesens an absens cognitor detur. sed si absens datus fuerit, cognitor ita erit, si cognouerit *et susceperit* officium cognitoris. §. 84. Procurator uero nullis certis uerbis in litem *constituitur*. sed ex solo mandato, et absente, et ignorante aduersario, constituitur. quinetiam sunt, qui putant, *uel eum* procuratorem uideri, cui non sit mandatum, si modo bona fide accedat *ad* negotium, et caueat ratam rem dominum habiturum; igitur etsi non *habeat* mandatum, *agere tamen posse*, quia saepe mandatum initio litis in obscuro est,

§. 81. Conf. Iulianus, L. 39. §. 4. de noxalib. act. Vlpianus, L. 42. §. 1. eod.

§. 82. pr. I. de iis, per quos agere possumus. Conf. Vlpianus, L. 123. pr. de R. I.

§. 83. Conf. Festus, sub voc. Cognitor. Asconius, in Divinat. cap. 4. (ed. a. 1675. pag. 20.) Interpres ad L. 7. C. Th. de cognitor. et procurator.

§. 84. Conf. §. 1. I. de iis, per quos agere possumus. item Festus, loc. cit. et Interpres ad cit. L. 7. C. Th. de cognitor. et procurator.

debido pertenecerles si fuesen independientes, á menos que no las libre enteramente de su obligacion la persona de quien dependan. Mas. . . . . .

(*Hic deest pagina integra.*)

§. 81. . . . . aun cuando digimos. . . . . que estaba permitido entregarle los cadáveres de los delincuentes; con todo aunque alguno entregase el cadáver de aquel que hubiese fallecido de su muerte natural, queda asimismo exento de toda obligacion.

TITULO IX.

De aquellos por quienes podemos deducir acciones en juicio.

§. 82. Cúmplenos advertir ahora que puede uno deducir las acciones en su propio nombre ó á nombre de otro, esto es, á título de *cognitor*, procurador, tutor, curador, si bien antiguamente, cuando. . . . . estaban en uso las acciones de la ley, no era lícito actuar en juicio á nombre de otro, salvo cuando fuese por el pueblo ó por la causa de la libertad.

§. 83. El nombramiento de *cognitor* para que sustituya á uno en un pleito, debe hacerse delante de la parte contraria y usando de palabras determinadas, es á saber, de las siguientes el actor: POR CUANTO YO TE RECLAMO UN FUNDO, v. gr., NOMBRO POR MI COGNITOR EN ESTE NEGOCIO A LUCIO TICIO: el demandado de estas otras: EN ATENCION A QUE TU ME RECLAMAS UN FUNDO, NOMBRO POR MI COGNITOR EN ESTE NEGOCIO A PUBLIO MEVIO. Tambien puede el actor nombrar cognitor por medio de estas palabras: QUERIENDO ENTABLAR UNA ACCION CONTEA TI, NOMBRO COGNITOR EN ESTE NEGOCIO; y por estas otras su adversario: QUERIENDO TU ENTABLAR UNA ACCION CONTRA MI, NOMBRO COGNITOR EN ESTE NEGOCIO. Y nada importa que la persona nombrada esté presente ó ausente; pero en este último caso no será cognitor sino á condicion de que llegue á su noticia el nombramiento y lo acepte.

§. 84. Por el contrario para nombrar procurador en el pleito, no hay que hacer uso de palabras determinadas; basta en efecto un simple encargo ó poder, sin necesidad de que se halle presente la parte contraria, ni de que se le participe el nombramiento. Y aun opinan algunos autores que puede darse procurador sin poder, bastando que de buena fé se encargue del negocio y dé caucion de que el dueño tendrá por firme y valedero lo que él haga; puede por consiguiente actuar en juicio sin necesidad de poder, porque este no es conocido las mas veces en los primeros procedimientos, sino despues cuando se manifiesta ante el juez.

et postea aput iudicem ostenditur. §. 85. Tutores autem et curatores quemadmodum constituantur, primo commentario rettulimus. §. 86. Qui autem alieno nomine agit, intentionem quidem ex persona domini sumit, condemnationem autem in suam personam conuertit. *nam* si uerbi gratia Lucius Titius (*pro*) Publio Maeuio agat, ita formula concipitur: SI PARET NVMERIVM NEGIDIVM PVBLIO MAEVIO SESTERTIVM X MILIA DARE OPORTERE, IVDEX NUMERIVM NEGIDIVM LVCIO TITIO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNA; SI NON PARET, ABSOLVE. in rem quoque si agat, intendit, Publii *Maeuii* rem esse ex iure Quiritium, et condemnationem in suam personam conuertit. §. 87. Ab aduersarii quoque parte si interueniat aliquis, cum quo actio constituitur, intenditur, dominum dare oportere; condemnatio autem in eius personam conuertitur, qui iudicium accepit. sed cum in rem agitur, nihil *in* intentione facit eius persona, cum quo agitur, siue suo nomine, siue alieno aliquis iudicio interueniat: tantum enim intenditur, rem actoris esse.

§. 88. Videamus nunc, quibus ex causis is, cum quo agitur, uel hic, qui ag*it*, satisdare (*cogitur*). §. 89. Igitur si uerbi gratia in rem tecum aga*m*, satis mihi dar*e* debes. aequu*m* enim uisum est, (*te*) de eo, quod interea tibi rem, quae an a*d* te pertineat dubium (*est*), possidere conceditur, cum satisdatione mihi cauere: ut si uictus sis, nec rem ipsam restituas, nec litis aestimationem sufferas, sit mihi potestas, aut tecum agendi, aut cum sponsoribus tuis. §. 90. Multoque magis debes satisdare mihi, si alieno nomine iudicium accipias. §. 91. Ceterum cum in rem actio duplex *sit*, aut enim per formulam petitoriam agitur, aut per sponsionem, siquidem per formulam petitoriam agitur, illa stipulatio locum habet, quae appellatur iudicatum solui: si uero per sponsionem, illa, quae appellatur pro praede litis et uindiciarum. §. 92. Petitoria autem formula haec est, qua actor in-

§. 85. §. 2. I. de iis, per quos agere possumus. *primo commentario rettulimus.* Vid. Commentar. I. §. 144. sq.
§. 86. Conf. Theophilus, IV, 10, §. 2. item supra §. 55.
§. 87. Conf. Theophilus, loc. cit.
§. 89. *ut si uictus* etc. pr. I. de satisdat.
§. 90. cit. pr. I. de satisdat.
§. 91. *quae appellatur iudicatum solui.* Conf. cit. pr. I. de satisdat. *pro praede litis et uindiciarum.* Conf. supra §. 16. infra §. 94. item Cicero, in Verrem, Lib. I, cap. 45.
§. 92. Conf. supra §. 41. item Cicero in Verrem, Lib. II, cap. 12.

§. 85. Por lo que hace á los tutores y curadores, ya en el primer comentario espusimos de qué manera se constituyen.

§. 86. El que entabla una accion á nombre de otro, funda la pretension en la persona del dueño, y luego en la condenacion habla por sí mismo, v. gr., si Lucio Ticio vá á reclamar en lugar de Publio Mevio una obligacion, la fórmula se concibe en estos términos: SI APARECE PROBADO QUE NUMERIO NEGIDIO TIENE OBLIGACION DE DAR DIEZ MIL SESTERCIOS A PUBLIO MEVIO; JUEZ, CONDENA A NUMERIO NEGIDIO EN DIEZ MIL SESTERCIOS A FAVOR DE LUCIO TICIO: SI NO APARECE PROBADO, ABSUELVELO. Y cuando la accion es real, afirma tambien en la demanda (*intentio*) que la cosa reclamada pertenece á Publio Mevio por derecho quiritario y termina pidiendo para sí en la condenacion.

§. 87. Cuando se presenta un tercero á nombre de la parte contraria y con él se entabla la accion, tambien se sostiene en la pretension que su principal tiene obligacion de dar, pero despues la condenacion se dirige contra la tercera persona que se presentó al juicio. Mas si la accion es real, no hay alteracion ninguna que hacer en la pretension, ora sea que la persona contra quien se dirigen las actuaciones intervenga por sí en el juicio, ora lo haga á nombre de otro, porque lo único que en este caso debe sostenerse en la pretension, es que el objeto reclamado pertenece al actor.

TITULO X.

De las cauciones.

§. 88. Examinemos ahora en qué casos se obliga al demandado ó al actor á prestar caucion.

§. 89. Cuando yo, por ejemplo, entablo contra tí una accion real, puedo obligarte á que me des caucion. Ha parecido justo en efecto que tú me des caucion en este caso de conservar la cosa cuya posesion se te concede, siendo por lo menos dudoso tu derecho, para que si pierdes el pleito y no restituyes la cosa misma ó el valor de lo litigado, tenga yo facultad para proceder contra tí ó contra tus *sponsores*.

§. 90. Con mucho mas motivo debes darme caucion cuando intervengas en el juicio á nombre de otro.

§. 91. Por lo demas como la accion real es de dos maneras, pues ora reclamamos por la fórmula petitoria, ora por la estipulacion judicial (*per sponsionem*), cuando usamos del primer medio, tiene lugar la estipulacion que se llama de pagar lo juzgado (*judicatum solvi*); pero si nos valemos del segundo, entonces hacemos otra estipulacion llamada para seguridad de la cosa objeto del litigio y de sus frutos (*pro prædæ litis et vindiciarum*).

§. 92. La fórmula petitoria es aquella por la cual afirma el actor en la pretension que la cosa reclamada le pertenece.

tendit, rem suam esse. §. 93. Per sponsionem uero hoc modo agimus. prouocamus aduersarium tali sponsione: SI HOMO, QVO DE AGITVR, EX IVRE QVIRITIVM MEVS EST, SESTERTIOS XXV NVMMOS DARE SPONDES? deinde formulam edimus, qua intendimus, sponsionis summam nobis dari oportere. qua formula ita demum uincimus, si probauerimus, rem nostram esse. §. 94. Nec tamen haec summa sponsionis exigitur. non enim poenalis est, sed preiudicialis, et propter hoc solum fit, ut per eam de re iudicetur. unde etiam his, cum quo agitur *non restipulatur*. *ideo* autem appellata est pro praede litis uindiciarum stipulatio, *quia* in locum praedium successit, qui olim, cum lege agebatur, pro lite et uindiciis, id est, pro re et fructibus a possessore petitori dabantur. §. 95. Ceterum si aput centumuiros agitur, summam sponsionis non per formulam petimus, sed per legis actionem: sacramento enim reum prouocamus; eaque sponsio sestertiorum CXXV nummorum fieri solet *propter* legem **** ***** §. 96. Ipse autem, qui in rem agit, si suo nomine agit, satis non dat. §. 97. Ac nec si per cognitorem quidem agatur, ulla satisdatio uel ab ipso, uel a domino desideratur. cum enim certis et quasi sollemnibus uerbis in locum domini substituatur cognitor, merito domini loco habetur. §. 98. Procurator uero si agat, satisdare iubetur, ratam rem dominum habiturum. periculum **enim est**, ne iterum dominus de eadem re experiatur. quod periculum (*non*) interuenit, si per cognitorem actum fuit. quia de qua re quisque per cognitorem egerit, de ea non magis amplius actionem habet, quam si ipse egerit. §. 99. Tutores et curatores eo modo, quo et procuratores, satisdare debere, uerba edicti faciunt. sed aliquando illis satisdatio remittitur. §. 100. Haec ita si in rem agatur: si uero in personam, ab actoris quidem parte quando satisdari debeat quaerentes, eadem repetemus, quae diximus in actione, qua in rem agitur. §. 101. Ab eius uero parte, cum quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interueniat, omnimodo satisdare debet, quia nemo alienae

§. 94. *ideo autem* etc. Conf. supra §. 16. item §. 91.

§. 95. Conf. supra §. 31. item Cicero, in Verrem, Lib. I, cap. 45. et de Oratore, Lib. I, cap. 38.

§. 96. pr. I. de satisdat.

§. 97. Conf. L. un. C. de satisdando (Dioclet. et Maxim.) *cum enim — — cognitor*. Conf. supra §. 83. Conf. Fragm. Vatic. §. §. 317. 333.

§. 98. Conf. cit. L. un. C. de satisdat. *Procurator — — — experiatur*. cit. pr. I. de satisdat. et Fragm. Vatic. §. §. 317. 333.

§. 99. cit. pr. I. de satisdat.

§. 100. *Haec — agatur*. cit. pr. I. de satisdat. *si uero* etc. §. 1. I. eod.

§. 101. Conf. Cicero, pro Quintio, cap. 7. Modestinus, L. 10. judicat. solvi. *Ab — — quia nemo*. cit. §. 1. I. de satisdat. *alienae rei — intelligitur*. §. 5. I. eod. Conf. Fragm. Vatic. §. 317.

